NICOLAI INTRIGLIOLI




BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
C
277
NAPOLI

Digitized by Google

gn
n nostri
is corru
poralibi
ignatur
Ad vi
cu rel ir
n natiu
x .bre.
z thus z

n nu
xviii.
Reges
ribus
olinius:
cpiu,h
nupti
iptizan
ano.

Digitized by Google

BIBL. NAZ.



Digitized by Google

Ex Biblioth. de Bosay

Digitized by Google

605557 Rac. Vill. C. 277

NICOLAI INTRIGLIOLI

SICVLI CATINENSIS


IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI
Magnę Regię Curię Regni Sicilię Iudicis, Regijq. Consiliarij,
& in Patrio Gymnasio olim Iuris Cæsarei professoris

SVPER BVLLA PAPAE NICOLAI QVINTI,
& Pragmatica Regis Alphonsi de Censibus.

Liber Primus.

In quo centum quaestiones perutiles, & quotidianæ explicantur,
Nunc demum ab infinitis, quibus antea scatebat mendis repurgatus,
ATQVE A MARCELLO CONVERSANO I. C. LEONTINO
nouis Annotationibus illustratus.

Accesserunt præter Bullam Papæ Nicolai V. & Pragm. Regis Alphonsi
Pij V. & Gregorij XIII. Constitutiones de Censibus.



NAPOLI
Biblioth. de Rosa
Cas. 23 A

SVPERIORVM PERMISSV.
PANORMI, Ex Typographia Io. Antonij de Franciscis MDCX.
Sumptibus Laurentij Basso Bibliopolæ Panormitani.

Digitized by Google



ILLVSTRISS.mo DOMINO

IO. BAPTISTAE CELESTRI

MARCHIONI SANCTAE CRVCIS,

In ſupremo Italiæ Conſilio ſemel, atque iterum Regenti, & in hoc Siciliæ Regno Trib. Regij Patrimonij Præſidi Meritiſsimo.

MARCELLVS CONVERSANVS F.



VM paucis ab hinc menſibus amicorum, quorundam impulſu Nicolai Intriglioli Singularia duplici Indice, nouisq. Annotationibus locupletaſſem, efflagirarũt à me ſtatim alij, vt quam in ijs operam præſtiti, in eiuſdem Auctoris ad Pragmaticam de Cenſibus commentarijs adhiberem. Quod, etſi diutius recuſaſſem, qui ſcirem maiori hac in re ocio, ac tempore opus eſſe: magisq. illi periculum adſtare, quàm laudis exſpectationem. iam enim nota eſt D. Hieronymi ſententia, eos, qui


a 2 ſcri-

ſcribunt multos ſibi iudices comparare, non tamen valui amicis quod aliorum gratia feceram expetentibus non aſſentiri. Scripſi igitur nonnulla, quæ potui vix trium menſium ſpatio congerere, quibus & amicis, qui ad id impulerunt, & ijs, qui hæc Intriglioli ſcripta legenda ſuſceperint aliqua ex parte ſatisfactum eſt. Tametſi vero non ignorem, non, niſi præclaro ingenio elaborata, ſapientiſsimo, ac nobiliſsimo viro dicanda, volui tamen tuæ ſingulari, atque inauditæ innixus humanitati ſcripta hæc mea qualiacunque tibi conſecrare: atque huius libri principio Illuſtriſsimi nominis tui inſcriptionem adijcere, vt quam ex meis hiſce lucubrationibus dignitatem habere non poteſt ex tui nominis ſplendore conſequatur: vtq. meam erga te obſeruantiam publico hoc teſtimonio ſignificarem, quæ ſic ad tui obſequium impellit, meam vt tenuem, atque exiguam facultatem tibi notam eſſe, quàm voluntatem prorſus ignotam malit, cuius amplitudo maiora in dies præſtabit, ſi quod nunc offert tibi non ingratum ſenſerit. Vale.



PRAG-

PRAGMATICA
REGIS ALPHONSI,
CVM INSERTIONE BVLLAE
Papæ Nicolai V. ſuper Cenſibus.



ALPHONSVS Dei gratia Rex Aragonum Siciliæ citra, & vltra Farum Valentiæ, &c. Vniuerſis, & ſingulis præſentiũ ſeriem inſpecturis tam pręsẽtibus, quam futuris. Notũ facimus, & teſtamur, quod heſterno die Sãctiſſimi Domini noſtri Nicolai Diuina prouidẽtia Papæ V. litteras recepimus eius vera Bulla plumbea in filis ſerici rubei, croceiq. coloris more Romanæ Curiæ bullatas, non vitiatas, non cancellatas neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carẽtes tenoris, & continentiæ ſubſequentis.

Nicolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Sollicitudo paſtoralis officij fores noſtræ prouidentiæ pulſare non deſinit, vt indemnitati ac ſtatui proſpero fidelis populi Curiæ noſtræ cælitus commiſſi iuris moderando rigorem per opportunæ prouiſionis remedia quantum ex alto nobis permittitur, ſalubriter cõſulamus. Sanè ſicut fidedignorum relatione didicimus in Regno Siciliæ, ac certis alijs dominijs, & terris cariſſimi in Chriſto filij noſtri Alphonſi Aragonum, & vtriuſque Siciliæ Regis Illuſtris, auaritia cæcitas, & damnandæ ambitionis improbitas quorumdam oculos adeo excæcauit, vſurariaq. prauitas illis in partibus in tantum excreuit, quod incolæ, & habitatores partium illarum pecunijs indigentes eas vix aliter, quàm fœneratorum opera, quaſi inauditum fœnus exercentium conſequi poſſent, & cum eas acceperint, ſi in tempore percepta non reſtituant, breui eorum bona inſatiabili vſurarum voragine miſerabiliter conſumuntur, & quod in Dominijs, & Terris ipſius Regis vltra montes conſtitutis, videlicet in Regnis Aragonum, & Valentiæ, & Maioricarum, ac Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſilionis, & Ceretaniæ, Vniuerſitates, & ſingulares perſonæ tam Eccleſiaſticæ, quàm ſeculares huiuſmodi pecunijs indigentes, vt cum minori incommodo eas habere poſſint, per venditio-

nes

nes annalium cēsualium, quæ mortua nuncupantur, super domibus, possessionibus, & proprietatibus specialiter, vel etiam generaliter super omnibus bonis, redditibus, emolumentis, iuribus, & rebus eorum, mediante tamen instrumento gratiæ redimendi onera eorum, sibi, vt plurimum perspicere, & consulere consueuerunt, quod in prædictis eiusdem Regis partibus, & regnis vltra montes constitutis non solum in longam consuetudinem de cuius contrario hominum memoria non existit more vtentium deductum est, sed etiam per municipalia huiusmodi regnorum, & partium iura per Regem ipsum, seu eius prædecessores cum consensu trium brachiorum, videlicet Ecclesiastici Militaris, & Regalis promulgata specialiter confirmatum. Cum itaque multis incolis, & habitatoribus partium, & dominiorum eiusdem Regis citra montes constitutorum indigentibus per huiusmodi censualium venditiones subueniri ipsiq. à fœneratorum vsuris eximi possent, sed quia in hoc pecunijs abundantes dubitant vsurariam prauitatem committere, & sic eisdem indigentibus more præmisso succurre formidant in indigentium detrimentum, & fœneratorum eorumdem euidens incrementum, pro parte eiusdem Regis asserentis ex subditis Serenitatis suæ quamplures grauium vsurarum voraginibus magnis hactenus pecunijs exhaustos existere; alios quoque in dies pecunijs egentes fœnore magis atque magis opprimi, & vexari: nobis fuit humiliter supplicatum, vt eis paterno compatientes affectu in præmissis de opportunæ prouisionis ope succurrere, præfatasq. censualium venditiones cum clausulis, & cautionibus ad earum validitatem inter venditores, & emptores mutuo consensu ineundis absque læsione conscientiæ in Regnis Siciliæ citra, & vltra Farum fieri posse debere decernere, & declarare de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur pro debito ministerij pastoralis nobis diuinitus iniuncti super his salubriter prouidere, ac statui, & indemnitatibus incolarum, & habitatorum Regnorum, & Terrarum dicti Regis citra montes constitutorum præsentium, & futurorum quantum cum Deo possumus subuenire cupientes, & attendentes, quod clero Terrarum, & Dominiorum ipsius Regis vltra montes constitutorum in suis olim indigentijs per vēditiones prædictorum censualium auctoritate Apostolica pluries consultum, & prouisum fuit. præfati Regis in hac parte supplicationibus inclinati tam eidem Regi, quam huiusmodi Regnorum Siciliæ citra, & vltra Farum, omnibus, & singulis incolis, & habitatoribus, ac locorum Ciuitatum & Terrarum Vniuersitatibus præsentibus, et futuris, huiusmodi censualia super rebus & propritatibus suis, ac facultatibus, & emolumentis earundem instrumento

gra-

gratiæ pro consimili precio illa redimendi mediante, dummodo annuatis census huiusmodi censualium decimam partem principalis recepti, seu preciŷ eorundem non excedat, inter se contrahendi, vendẽdi, & emendi cum opportuna contrahentium securitate, tuitione, & indemnitate, ac cum potestate vendentes personas, eorumq. proprietates redditus, iura, iurisdictiones, census, ac omnia, & singula mobilia, et immobilia bona obligandi, & obligari faciendi, ac etiam quascunque alias obligationes, & summissiones cuicunque foro, necnon renunciationes, promissiones, stipulationes, pœnis iuramentis, & aliŷs cautionibus vallatas, & alia quæcunque de quibus inter ementes, & vendentes huiusmodi censualia conuentum, & in pactum deductum fuerit, plenam licentiam, & liberã, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus facultatem. Decernentes, & declarantes eosdem incolas, & habitatores, ac locorum Ciuitatum, & Terrarum, Vniuersitates censualia huiusmodi modo præmisso in Regnis ipsis Siciliæ citra, & vltra Farum, inter se liberè, & licitè contrahere, ac vendere, & emere posse, neque propterea vsurariam prauitatem committere, dummodo alias, quam, vt permittitur quodlibet annuum censuale decimam partem principalis recepti, seu preciŷ venditionis ipsius non excedat, & pensionibus, seu annualitatibus illorum in sortem non computatis, pro totali redemptione præter principalem summam nihil vltra percipiatur ab emptore, vel exhibeatur à venditore, non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac priuilegiŷs, Apostolicis, necnon statutis, etiam municipalibus, vel regalibus consuetudinibus Ciuitatum, & Terrarum Regnorum prædictorum Siciliæ citra, & vltra Farum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, etiam si de eis facienda esset mentio specialis, quæ hic haberi volumus, & habemus pro sufficienter expressis cæterisq. contrariŷs quibuscũque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, constitutionis, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ 1452. pridie Kalend. Octobris Pontificatus nostri anno sexto.

Ex quibus in hac parte idemnitati ac prospero statui incolarum, & habitatorum huiusmodi Regnorum nostrorum Siciliæ citra & vltra Farum rationibus, & causis in eis expressis multis modis plenè consultum atque prospectum est. Nostra propterea laudatione, & acceptatione dignum. Quo circa scienter, deliberate, & con-

& consultò huiusmodi Apostolicas litteras, & omnia, & singula in eis contenta tenore præsentium laudamus, & acceptamus, decernentes, & declarantes tanti roboris, & auctoritatis existere, quanti ea, quæ à nostræ maiestatis prouidentia legem condendo decreta, & statuta sunt. Planè circa exequutiones vigore contractuum huiusmodi censualium faciendas, & exceptiones aduersus eas quomodolibet oppon ndas certum, & determinatum ordinem dare volentes, hac edictali lege perpetuo valitura sancimus, huiusmodi censualium contractus, seu instrumenta tamquam res iudicatas nulla prouocatione suspensas promptam, & paratam exequutionem habere, & non solum contra personas, res, & bona illorum, qui originaliter censualia huiusmodi vendiderint, necnon eorum fideiussorum, hæredum, seu vniuersalium successorum, sed etiam absque aliqua bonorum principalis debitoris discussione contra personas, & bona quorumcunque singularium detemptorum rerum, iurium, vel bonorum, super quibus censualia ipsa fuerint specialiter onerata, quamdiu apud eos illorum detentio fuerit, Quæ quidem exequutio nullo falsitatis, nullitatis, aut alterius cuiusuis exceptionis obiectu impediri valeat quomodolibet, vel differi, prçterquam realis solutionis, si de illa ante captionem personæ debitoris, vel eius bonorum iudicialem distractionem legitime constiterit authenticis documenmentis, vel alijs scripturis plenam fidem facientibus, sed in causa exequutionis huiusmodi in qua solum de allegata realis solutionis exceptione, de qua supra diximus constare habeat tractari volumus & super ea in vicem prouisionis iudicialis contra quem instabitur non audiatur appellans, supplicans vel recurrens. Cognitione tamen ipsius allegatæ solutionis, si ea non obstante, ad vlteriora exequutionis processum fuerit, & aliarum quarumuis exceptionum, seu iurium vtrique parti in alia iudicij instantia reseruata. Pensiones quidem huiusmodi censualium neque apud debitores, neque pœnes curiam ad cuiusuis instantiam emparari, vel sequestrari possint, nisi qui sequestrum, vel emparam instituerit de debito prius docuerit authentico documento. Neque aliqua ex censualibus huiusmodi, quæ pro redemptione rerum demanialium quouis modo alienatarum, aut pro subsidio, vel dono, nobis, seu nostris successoribus facto, & de cætero faciendo vendita, seu onerata fuerint, neque illorum annualitates, seu pensiones propter quçuis illorum emptorum, vel eorum etiam in rem successorum crimina, vel delicta, præterquam pro crimine læsæ maiestatis in primo capi-

capite confiscari, sequestrari, aut in causam pignoris, vel aliter fisco etiam instante deferri apprehendi aut publicari possint. Et si forte a nobis vel a nostris successoribus officialibus seu ministris nostris, vel eorum quouis officio, aut potestate fungentibus aliqua supersedementa, guidatica, elongamẽta, moratoria, falsos conductus, mandata, inhibitiones, emparas, commissiones, euocationes, reseruationes, prouisiones, iurisdictionis abdicationes, vel suspensiones aut alia quæuis rescripta sub quauis forma, seu colore, etiã pro quibuscumque causis, publicam vtilitatem regnorum nostrorum, aut commodum Curiæ nostræ quomodolibet concernentibus etiam pro eis, qui nobiscum, aut pro nostra Republica personaliter militarent, aut alias actu seruirent, aut pro alijs quibusuis considerationibus siue causis, quæ dici, exprimi, & excogitari possint quantumcumque vrgentibus ad alicuius instantiam impetrari, vel motu proprio concedi contigerit, quæ exequutionibus vigore contractuum huiusmodi censualium faciendis directè, vel indirectè impedimento esse posſent, hac nostra huiusmodi edictali lege volumus expresſè decernẽtes, quod propter ea sic, vel aliter impetrata, vel concessa exequutiones huiusmodi minime impediri differri aut retardari possint: Quinimo eis non obstantibus exequutiones ipsæ suum debitum sortiantur effectum, pœna vntiarum centum auri, quæ neque remitti, neque componi possit pro virilibus inter fiscum, & creditorem huiusmodi exequutionem prosequentem diuendenda, tam impetrantibus, quàm præsentantibus, & etiam Iudicibus si illa forsan admiserint vicibus singulis imminente. Præterea dispositionibus Apostolicis superius insertis inhærentes, volumus atque decernimus res bona vel iura ad præstationem huiusmodi censualium specialiter obligata propter pensiones eorum statutis terminis non solutas, vel huiusmodi rerum, iurium, vel bonorum deteriorationem, aut eorum alienationem, vel alias minimè incidere in commissum. Quibusuis pactionibus in contrarium initis etiam pœna, aut iuramento firmatis obsistentibus: vllo modo &, vt prædicta à nobis superius consulto, & deliberate promulgata perpetua stabilitate subsistãt, per nos, & nostros hæredes, & successores quoscumque huiusmodi censualium emptoribus, & eorum in rem successoribus promittimus, & fidem publicam pollicemur, ea omnia, & eorum singula tenere, & inuiolabiler obseruare; & obseruari facere, & nõ contrafacere, vel venire, aut quouis respectu, seu colore aliquid eorum vllo vmquam tempore immutare. Itaquè vniuersis, & singulis of-

Digitized by Google


ficialibus regijs tam ordinarijs, quàm delegatis, & alijs quibuscunque quouis nomine officio iurisdictione, & potestate fungentibus præsentibus, & futuris dicimus, & districtè præcipiendo mandamus scienter, & expresse, quatenus nostram huiusmodi edictalem legem, atq; omnia, & singula à nobis superius acceptata, laudata, decreta, & promulgata inuiolabiliter teneant, & obseruent, exequantur, & compleāt, ac teneri, obseruari, exequi, & compleri faciant per quoscumque, omni ostaculo, & quibusuis impugnationibus reiectis, & funditus repulsis, & non contrafaciant neque aliquem contraire permittāt quauis ratione, vel causa. Vt autem præsens ædictalis lex omnia quoque, & singula præscripta omnibus innotescant iubemus ea in Ciuitatibus huiusmodi Regnorum insignibus per loca solita voce præconia, aut per edictum publicè diuulgari, in quorum testimonium præsentes fieri iussimus nostro communi sigillo pendente munitas. Data in Turri octaui die vicesima mensis Octobris, Anno à Natiuitate Domini 1452. Regni huius nostri Siciliæ citra Farum anno 18. aliorum verò Regnorum nostrorum anno 37. Rex Alphonsus. Dominus Rex præcedente eius consilij deliberatione mandauit mihi Arnaldo Sonolleda, & viderunt Valentinus Clauer Vice. Rodericus Falco. M. Ritius Iacobus de Pylaia Aduocatus Fisci P. Regij Patrimonij conseruator Generalis.



BVL-

Digitized by Google

BVLLA PII QVINTI DE CENSIBVS.


IVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuã rei memoriam. Cum onus Apostolicæ seruitutis obeuntes cognouerimus, innumeros celebratos fuisse, & in dies celebrari censuum contractus, qui ne dum non continentur intra limites à nostris antecessoribus eisdem contractibus statutos, verum etiam, quod deterius est, contrarijs omnino pactionibus propter ardentem auaritiæ stimulum, legum etiam diuinarum manifestum cõtemptum præseferunt, non potuimus animarum, prout tenemur, saluti consulentes, ac piarum mentium petitionibus etiam satisfaciẽtes, tam graui morbo, letiferoq. veneno salutari antidoto non mederi. Hac igitur nostra constitutione statuimus, censum, seu annuum reditum creari, constituiue nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit. Rursum nisi verè in pecunia numerata, præsentibus testibus, ac notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius, recepto integro, iustoq. precio. Solutiones quas vulgò anticipatas appellant fieri, aut in pactum deduci prohibemus. Conuentiones directè, aut indirectè obligantes ad casus fortuitos eum, qui aliàs ex natura contractus non tenetur, nullo modo valere volumus. Quemadmodum, nec pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositam: quia volumus rem ipsam semper, & liberè, ac sine solutione Laudemij, seu quinquagesima, aut alterius quantitatis, vel rei tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate alienari. Vbi autem vendenda sit, volumus dominum census alijs omnibus præferri, eiq. denunciari conditiones, quibus vendenda sit, & per mensem exspectari. Pacta continentia morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium, seu certas expensas, aut certa salaria, aut ad salaria, seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam, siue aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, siue aliunde eo acquisitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita sint, & nulla: Immo, & censum augeri, & nouum creari super eadem, vel alia re in fauorem eiusdem, aut personæ per eum suppositæ pro censibus temporis vel præteriti, vel futuri omnino probibemus. Sicut etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spe-

ctare, ad quem aliàs de iure, & ex natura contractus non spectarent. Postremò census omnes in futurum creandos non solum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, sed etiam posse pro eodem precio extingui, non obstante longissimi etiam temporis, ac immemorabili, immo centum, & plurium annorum praescriptione, non obstantibus aliquibus pactis directè, aut indirectè talem facultatem auferentibus, quibuscunque verbis aut clausulis cōcepta sint. Cum verò traditione precij reditus extinguendus erit, volumus per bimestre ante id denunciari ei, cui precium dandū erit, & post denunciationem (intra annum tamen) etiam ab inuito precium repeti posse. & vbi precium, nec volens intra bimestre soluat, nec ab inuito intra annum exigatur. Volumus nihilominus quandocunque reditū extingui posse, praeuia tamen semper denunciatione, de qua supra, non obstantibus his, de quibus supra, idq. obseruari mandamus, etiam quod pluries ac pluries denunciatum fuisset, nec vnquam effectus secutus fuisset. Pacta etiam continentia precium census extra casum praedictum ab inuito, aut ob poenam, aut ob aliam causam repeti posse omnino prohibemus: contractusq. sub alia forma post hac celebrandos foeneratitios iudicamus. Et ita illis propterea non obstantibus quicquid vel expressè, vel tacitè contra haec nostra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, à fisco volumus posse vendicari. Hanc autem salutiferam sanctionem nedum in censu nouiter creando, verum etiam in creato quocunque tempore alienando, modò post publicationem constitutionis creatus sit, perpetuò, & in omnibus seruari volumus. Declarantes precium semel censui constitutum nunquam posse ob temporum, aut contrahentium qualitatem, seu aliud accidens, nec quo ad vltimò contrahentes minui, vel augeri. Et licèt legem ipsam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes, in quos sub alia forma peruenerunt census hortamur in domino, vt singulos contractus censura bonorum religiosorum subijciant, & animarum saluti consulant. Non obstantibus quibusuis cōstitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, statutis. & consuetudinibus, necnon priuilegijs, et literis etiā per quoscunque Romanos Pontifices praedecessores nostros, ac etiā nostris sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis etiam derogatoriarū derogatorijs, necnon irritātibus decretis ex quauis causa, etiam per modum legis vniuersalis, aut alias, quomodolibet editis, siue in fauorem vniuersitatum, cōmunitatum, collegiorum, congregationum, ciuitatum, & locorum concessis approbatis, & innouatis, quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro expressis habentes, quatenus directè vel

indi-

Digitized by Google

indirectè præsenti nostræ Constitutioni in toto, vel in parte contrarientur specialiter, & expressè derogamus, cæterisq. contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quòd præsentes in Cancellaria, et acie Campi Floræ publicentur, & inter Constitutiones extrauagantes perpetuò valituras conscribantur. Et quia difficile foret præsentes ad singula quaque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quòd earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, annullationis, statuti, mandati, iudicij, hortationis, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1568. 14. Cal. Feb. Pontificatus nostri Anno 4.



BVLLA

Digitized by Google

BVLLA GREGORII XIII.
CVM EIVS EXECVTORIA.

PHILIPPVS, &c. Præsidens, & Generalis Capitaneus in Regno Siciliæ Reuerendissimis, Reuerendis, & Venerabilibus Regni eiusdem in Christo patribus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Plebanis, Viceplebanis, Presbyteris, &c. Necnon Illustribus, Spectabilibus, Magnificis, & Nobilibus Regni eiusdem Officialibus, &c. Recepimus Apostolicum rescriptum sub Anulo piscatoris expeditum huiusmodi sub tenore.

GREGORIVS Papa xiij. Ad perpetuam rei memoriam. Quæ à Romanis Pontificibus ad Regiam supplicationem pro suorum vtilitate Regnorum, maximè ad tollendas peccandi occasiones, matura cum deliberatione specialiter conceduntur, & longo vsu recepta sunt, vt ea contrarijs generalibus constitutionibus postea aditis minimè obstantibus illibata seruentur rationi valde conuenire videtur. Cum itaque alias Nicolaus V. fel. record. prædecessor noster supplicationibus Alphonsi glo. me. tunc Aragonum, & Siciliæ Regis inclinatus per suas literas tam ipsi Regi, quàm Regnorum Siciliæ citra, & vltra Farum omnibus, & singulis incolis, & habitatoribus, ac locorum, Ciuitatum, et terrarum vniuersitatibus præsentibus, & futuris, census super rebus, & proprietatibus suis, ac facultatibus, & emolumentis earundem instrumento gratiæ pro consimili precio illa redimendi mediãte, constituere absque vsurariæ prauitatis incursu, concesserit, dummodo annualis census decimam partem precij non excedat, ac alia decreuerit, vt latius in ipsis literis continetur, quæ recepta, & per centum, & vltra annos obseruata fuerunt. Deinde vero recol. me. Pius Quintus etiam prædecessor noster, cui suggestum fuit multas in venditione, & emptione censuum fraudes committi, multaq. pacta illicita apponi, literas ediderit, quibus illud in primis cauetur, vt census non generaliter super omnibus bonis, sed specialiter super re certa imponatur, aliaq. in eisdem ad iustitiam contractus minimè necessaria constituerit, contractusq. ipsos emptionis, & venditionis censuum suarum literarum forma non seruata factos, fœneratitios iudicauerit, vt in ipsis plenius explicatur, quas

cum

cum dilecti filij Regis Siciliæ vltra Farum ministri debita cum reuerentia suscepissent, easq. executioni demandare tanquam obedientiæ filij decreuissent, experientia compertum est: eas literas non sine maxima Regni illius perturbatione, & damno obseruari posse. Quare totius Regni prædicti nomine ad eundem Pium V. prædecessorem nostrum accessit dilectus filius Octauius Spinola Regni ipsius magister Portulanus, qui multis difficultatibus, & incommodis eidem prædecessori nostro propositis, nonnullas, ab eo suarum literarum declarationes, & moderationes reportauit, quas, vt Regni necessitatibus minimè satisfacere compertum est, rursus carissimus in Christo filius noster Philippus Rex Catholicus Regni sui indemnitati prospicere volens, tam suo, quàm ipsius Regni nomine venerabilem fratrem Iacobum Archiepiscopum Panormitanum de eo negocio optime instructum ad nostram præsentiam mittere curauit qui multis nobis repræsentatis difficultatibus, quæ in executione literarum Pij V. suboriuntur, & grauissimis totius Regni damnis ex illarum obseruatione prouenientibus disertè expositis, & diligenter enarratis, humiliter tam Regis, quàm Regni nomine nobis supplicauit, vt illorũ indemnitati de benignitate Apostolica prospicere dignaremur, quod nulla alia commodiori ratione fieri posse videbatur, quàm si literæ Nicolai V. illæsæ in illo Regno conseruarentur. Nos ipsarum literarum tenoribus diligenter consideratis, & re mature discussa, cum literæ Nicolai nihil in se contineant, quod à ratione sit alienum, diuq. in Regno prædicto Siciliæ magna cum incolarum trãquillitate obseruatæ fuerint: literas vero Pij V. tam primo, quàm secundo loco emanatas eidem Regno minimè expedire nobis attestetur prædictus Philippus Rex Catholicus, cui tanquam optimo Regi, et diligenti patrisfamilias, in his præsertim, quæ suorum subditorum vtilitatem concernunt, omnino credendũ esse ducimus, supplicationibus prædictis inclinati, vt Regi ipsi, quàm omnibus, & singulis Regni Siciliæ vltra Farum incolis, & habitatoribus, ac locorum Ciuitatum, & Terrarum vniuersitatibus præsentibus, & futuris census iuxta Nicolai V constitutionem facere, emere, & vendere liceat, eosq sic constitutos census validos, & licitos, non autem fœneraticios esse perinde ac si literæ Pij V. prædictæ non emanassent, tenore præsentium Apostolica auctoritate concedimus, declaramus, & statuimus. Illud addentes, vt in censuũ emptione, & venditione prius vnius vel plurium rerum certarum, super qua, vel quibus census ipse constituatur expressè, & deinde si voluerint omnium bonorum in genere mentio fiat, quemadmodum in censualibus contractibus huiusmodi in futurum in eo Regno celebrandis, præteritis, in quibus forte prius generalis,

dein-

Digitized by Google

BVLLA GREGORII XIII.
CVM EIVS EXECVTORIA.

PHILIPPVS, &c. Præsidens, & Generalis Capitaneus in Regno Siciliæ Reuerendissimis, Reuerendis, & Venerabilibus Regni eiusdem in Christo patribus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Plebanis, Viceplebanis, Presbyteris, &c. Necnon Illustribus, Spectabilibus, Magnificis, & Nobilibus Regni eiusdem Officialibus, &c. Recepimus Apostolicum rescriptum sub Anulo piscatoris expeditum huiusmodi sub tenore.

GREGORIVS Papa xiij. Ad perpetuam rei memoriam. Quæ à Romanis Pontificibus ad Regiam supplicationem pro suorum vtilitate Regnorum, maximè ad tollendas peccandi occasiones, matura cum deliberatione specialiter conceduntur, & longo vsu recepta sunt, vt ea contrarijs generalibus constitutionibus postea aditis minimè obstantibus illibata seruentur rationi valde conuenire videtur. Cum itaque alias Nicolaus V. fel. record. prædecessor noster supplicationibus Alphonsi glo. me. tunc Aragonum, & Siciliæ Regis inclinatus per suas literas tam ipsi Regi, quàm Regnorum Siciliæ citra, & vltra Farum omnibus, & singulis incolis, & habitatoribus, ac locorum, Ciuitatum, et terrarum vniuersitatibus præsentibus, & futuris, census super rebus, & proprietatibus suis, ac facultatibus, & emolumentis earundem instrumento gratiæ pro consimili precio illa redimendi mediãte, constituere absque vsurariæ prauitatis incursu, concesserit, dummodo annualis census decimam partem precij non excedat, ac alia decreuerit, vt latius in ipsis literis continetur, quæ recepta, & per centum, & vltra annos obseruata fuerunt. Deinde vero recol. me. Pius Quintus etiam prædecessor noster, cui suggestum fuit multas in venditione, & emptione censuum fraudes committi, multaq. pacta illicita apponi, literas ediderit, quibus illud in primis cauetur, vt census non generaliter super omnibus bonis, sed specialiter super re certa imponatur, aliaq. in eisdem ad iustitiam contractus minimè necessaria constituerit, contractusq. ipsos emptionis, & venditionis censuum suarum literarum forma non seruata factos, fœneratitios iudicauerit, vt in ipsis plenius explicatur, quas

cum

Digitized by Google

cum dilecti filij Regis Siciliæ vltra Farum ministri debita cum reuerentia suscepissent, easq. executioni demandare tanquam obedientiæ filij decreuissent, experientia compertum est: eas literas non sine maxima Regni illius perturbatione, & damno obseruari posse. Quare totius Regni prædicti nomine ad eundem Pium V. prædecessorem nostrum accessit dilectus filius Octauius Spinola Regni ipsius magister Portulanus, qui multis difficultatibus, & incommodis eidem prædecessori nostro propositis, nonnullas, ab eo suarum literarum declarationes, & moderationes reportauit, quas, vt Regni necessitatibus minimè satisfacere compertum est, rursus carissimus in Christo filius noster Philippus Rex Catholicus Regni sui indemnitati prospicere volens, tam suo, quàm ipsius Regni nomine venerabilem fratrem Iacobum Archiepiscopum Panormitanum de eo negocio optime instructum ad nostram præsentiam mittere curauit qui multis nobis repræsentatis difficultatibus, quæ in executione literarum Pij V. suboriuntur, & grauissimis totius Regni damnis ex illarum obseruatione prouenientibus disertè expositis, & diligenter enarratis, humiliter tam Regis, quàm Regni nomine nobis supplicauit, vt illorũ indemnitati de benignitate Apostolica prospicere dignaremur, quod nulla alia commodiori ratione fieri posse videbatur, quàm si literæ Nicolai V. illæsæ in illo Regno conseruarentur. Nos ipsarum literarum tenoribus diligenter consideratis, & re mature discussa, cum literæ Nicolai nihil in se contineant, quod à ratione sit alienum, diuq. in Regno prædicto Siciliæ magna cum incolarum trãquillitate obseruatæ fuerint: literas vero Pij V. tam primo, quàm secundo loco emanatas eidem Regno minimè expedire nobis attestetur prædictus Philippus Rex Catholicus, cui tanquam optimo Regi, et diligenti patrisfamilias, in his præsertim, quæ suorum subditorum vtilitatem concernunt, omnino credendũ esse ducimus, supplicationibus prædictis inclinati, vt Regi ipsi quàm omnibus, & singulis Regni Siciliæ vltra Farum incolis, & habitatoribus, ac locorum Ciuitatum, & Terrarum vniuersitatibus præsentibus, & futuris census iuxta Nicolai V constitutionem facere, emere, & vendere liceat, eosq. sic constitutos census validos, & licitos, non autem fœneraticios esse perinde ac si literæ Pij V. prædicta non emanassent, tenore præsentium Apostolica auctoritate concedimus, declaramus, & statuimus. Illud addentes, vt in censuũ emptione, & venditione prius vnius vel plurium rerum certarum, super qua, vel quibus census ipse constituatur expressè, & deinde si voluerint omnium bonorum in genere mentio fiat, quemadmodum in censualibus contractibus huiusmodi in futurum in eo Regno celebrandis, præteritis, in quibus forte prius generalis,

dein-

Digitized by Google

deinde specialis bonorum mentio facta est, quoad hoc in suo robore permanentibus retineri, & quatenus opus sit de nouo introduci, & obseruari præcipimus. Præterea si qui abusus in cōtractibus, prædictis faciendis irrepserint, qui constitutioni Nicolai prædicti aliqua in parte aduersentur, vel facultatem redimendi census, quam perpetuam iuxta dicti Nicolai, ac Pij V. literas esse decernimus, aliquo modo restringant, eos omnes harum auctoritate literarum, quas perpetuo valere volumus, abolemus, literis Pij V. prædictis, quatenus literis Nicolai V. aduersentur, vel aliud præterea decernant, & alijs contrarijs quibuscunque non obstantibus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris, die vij. Ianuarij 1574. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Cæs. Glorierius.

Præsentatum Illustrissimo D. Præsidenti Panormi iij. Februarij secundæ Indictionis 1574. Et mandat sua Illustrissima Dominatio, quòd fiant executoriæ sub visione Sacri Regij Consilij. Modestus Gambacurta Prothonotarius. Ideo vobis spiritualibus, vestrum cuilibet dicimus, & hortamur, temporalibus vero præcipimus, & mandamus, quatenus præinsertum Apostolicum breue, omniaque, & singula in eo contenta exequamini, completatis, & obseruetis, & per quos decet exequi, compleri, & obseruari faciatis iuxta eius seriem, continentiam, & tenorem pleniorem, & nullatenus in aliquo contrafaciatis, vel contraueniatis ratione aliqua, siue causa pro quanto gratia Regia vobis cara est, & sub pœna florenorum mille quibus imponi potest Fisco Regio applicanda. Dat. Panormi xx. Februarij, secundæ Indictionis 1574. Don Carlo d'Aragona. Dominus Præsidens, & Cap. Generalis mandauit mihi Modesto Gambacurta Prothonotario, & vidimus omnes de Sacro Regio Consilio.



NICO-

Digitized by Google

NICOLAI INTRIGLIOLI
SICVLI CATINENSIS IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI, Regijque Consiliarij

SVPER BVLLA PAPAE NICOLAI V. & Pragmatica Regis Alphonsi de Censibus.

Liber Primus.


NVNC DEMVM A MARCELLO CONVERSANO I.C. LEONTINO nouis Annotationibus illustratus,

IN QVO CENTVM QVAESTIONES PERVTILES, & quotidianæ explicantur.

QVÆSTIO I.
Quid sit Bulla, & quid Pragmatica.

SVMMARIVM.

1 *Bulla quid sit.*
2 *Diffinitio rara inuenitur, quæ subuerti non possit.*
3 *Diffinitio, vt dicatur perfecta, quæ habere debeat.*
4 *Bulla non dicitur nisi plumbum imponatur.*
5 *Bulla requirit necessario scripturam.*
6 *Bulla gratiosa plumbum habet appensum filis sericis, & iustitiæ filis canabis.*
7 *Bullæ dicuntur litteræ Apostolicæ tantum, & non aliæ.*
8 *Bulla vnde dicatur.*
9 *Bullæ falsitas quot modis deprehendatur, remissiuè.*
10 *Pragmatica quid sit remissiuè.*



INterpretaturus Bullam Papę Nicolai Quinti, & Pragmaticam Regis Alphonsi de Censibus, non ab re iudicaui, ante omnia quærere, quid sit Bulla, & quid
1 Pragmatica, & dico quod Bulla est scriptura in mēbrana descripta, Plumbo, funibus, pendente iure munica, salutationem cum narratione, ac Papæ concessionem,

aliaq. necessaria continens: secundum Petr. Rebuff. in praxi. benef. tit. Bullæ nouæ ac simpl. prouisio nu. 11. fol. mihi 144. Et li-
2 cet rara inueniatur † diffinitio quæ subuerti non possit l. omnis diffinitio ff. de reg. iur l. mora ff. de vsur. l. quod dicitur ff. de impen. Tamen ista est de raris, & perfectis, habet enim omnia requi-
3 sita ad perfectam diffinitionem † constat quippe ex genere, & differentijs, conuertitur cum suo diffinito, demonstrat essentiam, & quidditatem totius rei diffinitæ, pro vt iura exposcunt l. 1. §. dolum ff. de dolo Bart. in l. 1. ff. de testam. glos. in l. omnis diffinitio ff de reg. iur. glos. in l. nihil aliud est hæreditas. & in l. fin. §. fin. ff. de verb. & rer. sign. glos. in rub. C. de sum. trin. & fide Catho. Ias. in rubr. C. qui adm. ad bonor. poss. possunt, & infra quod tempus, & in l. 1. ff. de acquir. possessio. Constat ex genere dum ponitur ly verbum concessionem, quod prædicatur de concessione gratiæ, & iustitiæ, cap. pastoralis, cap. suscitatus, cap. super litteris extra de rescrip. Rebuff. vbi supra tit. diuisio rescript. nu 2. & tit. de different. inter rescrip. grat. & iust. nu. 1. constat ex diffentijs, dum ponuntur illa verba scriptura in membrana descripta, ad differentiam signaturæ, quæ in papyro scribitur secundum Rebuff. nu. 12. fol. 144. Demonstrat denique essentiam diffiniti, & cum eo con-
4 uertitur, vt ex his inspici poterit † & nisi Bulla Plumbea prædictis concessionibus imponatur, Bulla vocari non poterit. glos. in clem. vnica in fine de iure iur. cap. licèt extrà de crim. falsi. Rebuffus
5 vbi suprà nu. 13. Requiritq. † necessariò scripturam secundum
6 eundem nu. 3 & 12. Et † Bulla gratiosa plumbum habet appensum filis sericis. Bulla vero iustitiæ, filo canapis Fel. in cap. postulasti col. 3 extrà de rescript. Cyn. in l. rescripta C. de præc. imper. offer. Rebuff. vbi sup. nu 14. & tit. differēt. inter rescrip. grat. & iust. nu. 24. fol. 83. & tit. different. inter priuil. rescrip. & mand. nu. 27. fol. 73. cap. licèt, & cap. quàm graui vbi Doct. extrà de crim. fal-
7 si. & † Bullæ nominantur litteræ Apostolicæ tantùm, & non aliæ,
8 Foller. hic tit. non vitiatas nu. 3. fol. 19. dicitur autem † Bulla à verbo Græco Buchæ, quod concilium significat, eo quod cum concilio, & matura deliberatione expeditur Rebuff. vbi sup. num. 4.
9 & 5. fol. 144. † Eiusq. falsitas deprehenditur multis modis quos enumerat Hostien. summa extrà de crim. falsi & Specul. tit. de re-
10 script. Quid sit Pragmatica † vide glos. in verbo Pragmatica cap. 1. extrà de rer. permut. glos. in verbo Pragmatica. §. vt autem

lex

Digitized by Google

lex in authent. non alien. aut permut. reb. eccles glos. in l. iubemus *la* 1. in verbo annotatio, & in l. priuilegia in verbo Pragmaticas vbi Doct. C. de sacr. sanct. Eccl. glos in l. fin. in verbo Pragmatica C. de diuers. resc. glos. in verbo Pragmatica vbi Doct. in auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi oportet glos. in cap. dicenti. §. rescripta in verbo Pragmaticæ 25. quęst. 2. glos. in verbo Pragmaticum cap. peruenit dist. 101.

QVAESTIO II.
Quid sit Census.

SVMMARIVM.

1 *Census vox est æquiuoca variæq. significationis.*
2 *Census in nostro instituto dupliciter consideratur.*

QVID est census, cuius † ex est æquiuoca variæq. significationis [a] Bened. Bon. lib. 1. de cens. art. 4. *14*. fol. *16*. Couarr. lib. *3*. resolutio cap. 7. nu. 1. Felin. in cap. cum Bertoldus extrà de sent. & re iud. Et dico quod aliquãdo census accipitur pro ęstimatione omnium fortunarum, aliquando pro tributo glos rub. C. de agric. & cens. lib. 11. l. 2. C. sine cens. vel reliq. Matth. cap. 22. ibi *licet censum dari Cæsari an non*, aliquando pro canone debito ab emphyteota in signum recognitionis domini l. *1*. §. 1. ff. de public. c. potuit extrà de loca l. 1. & 2. vbi Doct. C. de iure emph. in nostro vero instituto dupliciter consideratur † primo quãdo quis tradit rem suam alicui, & in eum transfert omne dominium directum, & vtile, cum onere quod accipiens rem teneatur soluere certum censum singulis annis cap. constitutus cum gloss. penult. extra de relig. domib. Secundo modo quando quis emeret ab alio annuum censum super rebus venditoris quarum neque dominium, neque possesio transfertur in emptorem, sed tantum ius exigẽdi annuum censum promissum Crauetr. cons. 217. nu. *4*. vol. *2*. Bart. in l. vt pomum ff. de seruit. quem allegant Petr. de Greg. & Aloys. de Sept. hic.

ANNOTATIONES.

a *De multiplici census significatione, vide late Aluar. Valasc. de iur. emphyt. q. 32. nu. 1. & seqq.*

Marcell. Conuersanus I.C.

QVÆSTIO III.

Vtrum contractus venditionis iurium censualium secundum formam Bullæ,& Regiæ Pragmat. sit licitus in vtroque foro.

SVMMARIVM.

1 *Contractus censualis secundum formam Bullæ vtrum sit licitus in vtroque foro.*
2 *Procemium dispositionis probat causam finalem disponentis.*
3 *Minus malum permittitur aliquando, propter maius euitãdum.*
4 *Papa potest dispensare super ius diuinum quãdo non induceretur peccatum mortale.*
5 *Circumstantiæ quæ in contractu iurium censualium secundum formam Bullæ requiruntur.*
6 *Vsura regulariter committitur in mutuo.*
7 *Vsuræ tres diffinitiones.*
8 *Vsura quæ committitur in mutuo est prohibita omni iure diuino, videlicet canonico, & ciuili.*
9 *Vsura quæ committitur in contractu venditionis non dicitur formalis, & est prohibita iure positiuo tantum.*
10 *Simonia inuenitur prohibita iure diuino, et iure positiuo tantum.*
11 *Papa non potest dispensare contra ius diuinum quando inducitur peccatum mortale.*
12 *Papa dispensat contra ius positiuum etiam quod ex eo peccatum mortale inducatur.*
13 *Contractus censualis secundum formam Bullæ est emptionis, & venditionis.*
14 *Prætium propriè, & strictè venditionem demonstrat.*
15 *Pactum de retrouendendo solet cadere in contractu emptionis, & venditionis.*
16 *Papa de peccato vtraque lege damnato non potest facere generaliter non peccatum, sed in certis casibus potest declarare illud nõ esse peccatum.*
17 *Papa ex causa expressa potest limitare ius diuinum.*
18 *Iusta causa semper præsumitur in Papa.*
19 *Clausula non obstantibus in Bullis Apostolicis æquiparatur clau-*

sula

Digitized by Google

sula de plenitudine potestatis.

20 *Rescripta valent cum clausula non obstantibus in illis casibus in quibus iura probibent concedi.*

21 *Opiniones vbi sunt variæ circa legis præceptum, tunc seruans alteram opinionem, non peccat, quamuis postea appareat contrariam opinionem esse veram.*

22 *Maria virgo vtrum fuerit assumpta in cœlum, & cõcepta in peccato originali remissiuè.*

23 *Salomon vtrum fuerit saluus, vel damnatus remissiuè.*

24 *Dubius in conscientia, non intelligitur facere contra conscientiam, nisi postquam ostensa est sibi veritas.*

25 *Contractus non dicitur vsurarius si existimatur communiter licitus dato quod veritas esset in contrarium.*

26 *Contractus in dubio non præsumitur vsurarius.*

27 *Leges conditæ ab habentibus potestatem sunt seruandæ, etiam in foro conscientiæ, quando iuri diuino non contradicerent.*

28 *Papa est contra ius, supra ius, & extra ius, & omnia potest.*

29 *Dubitare de permissis, et dispositis per Papã est quasi sacrilegiũ.*



Trum contractus venditionis iurium censualium iuxtà formam Bullæ, & Regiæ Pragmaticæ † sit licitus
1 in vtroque foro, iuditiali videlicet, & pœnitentiali, & conclusiue respondendo dicimus quod sic. Primo,
2 quia † proœmium dispositionis probat causam finalem disponentis Rom. consil. 38. in prin. Alexan. consil. 7. col. 1. vers. verba enim posita vol. 2. Curt. Iun. consil. 185. nu. 2. l. fin. vbi glo. in verbo modus in fine, & Bar. nu. 3. ff. de hæredib. instit. Bart. in l. cum hi in prin. num. 4. ff. de transactio. Bar. in l. regula §. si quis ff. de iur. & fact. ignor. & in l. ambitiosa sub nu. 27. ff. de decret. ab ord. faciend. Socc. consil. 67. nu. 12. vol. 1. Auall. consil. 86. num. 50. vol. 1. Alex. consil. 75. nu. 3. in fine vol. 6. Dec. consil. 444. nu 8. vol. 4. Et in proœmio Bullæ Papæ Nicolai in tex. ibi *auaritiæ cæcitas*: & in tex. ibi *vsurariaq. prauitas*: & in text. ibi *insatiabili vsurarum voragine* demonstratur quod Summus Pontifex concessit facultatem vendendi iura censualia instrumento gratiæ pro consimili prætio illa redimendi mediante, dummodo quod annualis census non excedat decimam partem principalis recepti † propter maius malum vsurariæ prauitatis euitandum arg. gloss. 1. in fine

Digitized by Google

ne cap. inter cætera extrà de sponsal. vbi Abb. num 4. & Anch. sub nu. 3. in 2. not. Ias. in l. 1. nu. 57. C. de summa Trin. & fide Catho. cap. duo mala dist. 13. & in summa distinct. 14. Secundo
4 quia † Papa potest dispensare contra ius diuinum quando non induceretur peccatum mortale est tex. in cap. final. in princ. extrà de consuet. vbi Abb. nu. 1. in 3. not. & add. ad eum sub verbo peccatum cap. licet extra de ferijs Sigism. Neap. consil. 50. nu. 51. & 52. inter cons. feud. Alex. consil. 107. col. 2. vers. & quod Papa, & vers. seq. vol. 2. Bartol. in l. omnes populi in 3. quęstio. princ. sub nu. 22. vers. aut de iure diuino ff. de iusti. & iure: at in contractu venditionis iurium censualium, non venit com-
5 mittendum peccatum mortale † propter multas circunstantias quæ in eo exiguntur, videlicet quod sors sit mortua, vt in tex. Bullæ ibi *quæ mortua nuncupantur*. Quod census annualis decimam partē principalis recepti non excedat, vt in text. Bullæ ibi *dummodo annualis census, &c.* Quod census vendatur instrumento gratiæ pro consimili prætio mediante vt in text. eiusdem Bullæ ibi *instrumento gratiæ*. Quòd res subiugatæ in commissum nō incidant ob alienationem vel deteriorationem ipsarum, vel ob annualitates quocunque tēpore non solutas vt in tex. Pragm. ibi *præterea dispositionibus Apostolicis inhærentes*, & simil. ergo, &c.
6 Tertio quia † vsura regulariter committitur in mutuo Abb. in rub. extrà de vsur. nu. 2. Alberi. in l. iubemus *la 2.* sub nu. 15. vers. hic autem C. de sacrosanct. Eccles. Laur. Rodulph. in cap. consuluit col. 5. extrà de vsur. Probatur etiam ex diffinitionibus vsuræ, quæ tradūtur ab Host. & Mar. in summa, & Abb. in rub. eod.
7 tit. Ex prima dum dicitur † vsura est lucrum mutui ex pacto debitum vel exactum, quam dicit esse communem theologorum, & Legistarum Clar. in §. vsura in princ. Ex secunda dum dicitur, quicquid sorti accedit ex intētione corrupta creditoris, qui non mutuasset, nisi principaliter propter spem lucri. Ex tertia dum dicitur. Quodcunque solutioni rei mutuatæ accedit ipsius rei vsus gratia, pactione interposita, vel hac intentione habita in contractu vel exactione habita ex post facto, iuncta tamen philosophi doctrina 1. topic. cap. 4. & 1. phisicor. tex. 28. Cagnol. in l.
8 omnis diffinitio nu. 8. ff. de regul. iur. & ista † quæ committitur in mutuo est prohibita omni iure, diuino videlicet, Canonico, & ciuili. Diuino vt in cap. consuluit, cap. quia in omnibus, cap.

super

Digitized by Google

super eo extrà de vsu. Leuit.cap.25. Deuteron.cap.34. Exod.18. Luc. 6. & in Psalm. 14. vers. *& qui pecuniam suam non dedit ad vsuram:* Canonico vt in cap. 1. & 2. extrà de vsur. 14. quæst. 3. per totum, clem. 1. extra eod. Ciuili vt est text. in §. 1. in authent. de eccl. tit. iuncto cap. quoniam 47. distinct. inducẽdo secundum glos. in fine in verbo multi dicti, cap. quia id omnibus extrà de vsur. Auall. cons. 55. nu. 11. vol. 2. Alex. cons. 49. in princ vol. 4. Illa vero † vsura quæ committitur in contractu venditionis, non dicitur regularis, & formalis, vt est text. in cap. in ciuitate vbi Abb. in 1. notab. extrà de vsur. Bald. in cap. 1. in fine extrà de iure iurand. Alber. in l. iubemus *la* 2. sub nu. 15. C. de sacrosanct. Eccles. & tunc contractus venditionis prædictus dicetur vsurarius, & illicitus de iure positiuo tantum text. est in dicto cap. in ciuitate vbi Anton. extrà de vsur. secundum Petr. de Greg. hic in 2. quæst. vers. & primo dico, facit glos. sollemnis in verbo dimittere prope finem vers. quia prohibita sunt illa cap. ex parte
10 *il* 1. extrà offic. delegat. Dum loquitur de † simonia iure diuino
11 prohibita, & iure positiuo, ex quo sequitur quod licet Papa † nõ possit dispensare contra ius diuinum, quando induceretur peccatem mortale Sigism. cons. 50. num. 51. & 52. inter cons. feud. Bart. in l. omnes populi in 3. quæ. princ. sub nu. 22. vers. aut de iu-
12 re diuino ff. de iust. & iure. attamen contra ius positiuũ † etiam quod ex eo peccatum mortale inducatur Romanus Pontifex dispensat Alex. cons. 107. col. 2. vers. tamen contrarium vol. 2. post Specu. tit. de lega. §. nunc vers. sunt etiam Archid. in cap. fin.
13 14. q. 5. † contractus autem censualis secundum formam Bullæ est emptionis & venditionis, vt apparet dum fit mentio in Bulla
14 de prætio vt in text. ibi *pro consimili prætio*. Quod propriè † & strictè venditionem demonstrat l. vlt. vbi glos. Bart. & Lucas de Penna col. 6. C. de præd. curial. lib. 10. Ioan. And. in addit. specu. tit. de empt. & vend. §. nunc dicendum vers. sed pone statutum Alex. in l 2. in princ. ff. si cert. pet. Tiraq. de retr. lign. §. 1. glos. 2. sub nu. 1. fol. 36. ac etiam dum fit mentio in ea pacti de retro-
15 uendendo, vt in text. ibi *instrumento gratiæ*. † Quod cadere solet in contractu emptionis, & venditionis l. 2. C. de pact. inter empto. & vendit. faciunt not. per Paul. de Cast. in l. si cum venderet ff. de pignor. actio. Alexand. cons. 10. vol. 1. ergo, &c. Quar-
16 to quia licet † Papa de peccato vtraque lege damnato non posset

Digitized by Google

ſet facere generaliter non peccatum, poterit tamen in certis caſibus decernere,& declarare illud non eſſe peccatum,vt in indiuiduo in materia vſurarum decidit Alex. conſ. 107. col. 3. verſ. quarto enim vol.2. Card. Zabar. in clem. 1 §. fin. q. 17. de vſur. Sed Summus Pontifex contractum venditionis cenſualium ſecundum eius Bullam dicit non vſurarium,vt in text. Bullæ ibi *neque propterea vſurariā prauitatem committere*; merito concludimus
17 eum eſſe licitum in omni foro. Quinto quia † Papa ex cauſa expreſſa poteſt limitare ius diuinum. Dec. in cap. quæ in Eccleſiarum nu. 14.& 15. extra de conſtit. Alexan. conſ. 2. col. penul. verſ. ſed in caſu noſtro vol. 2. gloſ. in l. fin. C. ſi contra ius vel vtil. publi. cap. in omni negotio extra de teſt. cap. de infidelibus extra de conſang. & aff. cap. ſalubriter extra de vſur. gloſſ. magna in cap. à nobis extra de decim. cap. præſul 2. q. 4. Sigiſm. conſ. 50. nu. 62. inter conſ. feud. Dec. conſ. 147. nu. 1. vol. 1. cauſa enim ponitur expreſſe in princ. Bullæ Papæ Nicolai ibi *fœneratorum opere, &c.*
18 Et dato quod non fuiſſet appoſita † ſemper præſumitur iuſta cau-
a ſa in Papa a Boſſ. tit. de homicid. nu. 101. gloſ. fin. in l. relegati ff. de pœn. Dec. in c. quæ in eccleſiarum nu. 38. extra de conſtit. Alex. conſ. 101. col. 5. verſ. & idem Bart. vol. 1. Abb. in cap. cum inter nu. 9. in fine extra de exceptio. Curt. ſen. conſ. 49. nu. 30. Iaſ. in l. ſi teſtamentum nu. 3. vbi allegat communem opinionem C. de teſtam. Alex. conſ. 216. col. 4. verſ. quinimmo lib. 2. Gemin. in c. grandi col. 2. verſ. ſed nūquid Papa in fine de ſupplen. negl. prælat. lib. 6. Abb. in cap. cum olim nu. 23. extra de ſent. & re iudic. Cyn. & Bal. in l. reſcripta in 3. & 4. quæſt. C. de præc. imper. offer. ergo, &c. Sexto quia Sūmus Pontifex vtitur in Bulla clauſula non obſtantibus, vt in text. Bullæ Papæ Nicolai ibi *non ob-*
19 *ſtantibus conſtitutionibus, &c.* Quæ † clauſula æquiparatur clauſulæ de plenitudine poteſtatis ſecundum Petr. de Greg. hic in 2.
20 quæſt. verſ. quinto requiritur. Et iura prohibentia † reſcripta valere vel concedi in certis caſibus non habent locum in reſcriptis, in quibus ſuperior vſus fuerit clauſula non obſtantibus Alex. conſ. 107. col. 4. verſ. non obſtat primum vol. 2. gloſſ. Cyn. & Bal. in l. fin. C. ſi contra ius vel vtil. publicam, & in cap. nonnulli de reſcr. l. quotiens, & l. reſcripta C. de precib. imper. offer. Septimo
21 quia vbi ſunt † variæ Doctorum opiniones circa legis præceptum eiuſq. intellectum, ſeruans alteram opinionem non peccat,

quam-

Digitized by Google

quamuis appareat postea contrariam opinionẽ esse veram Abb. in cap. cappellanus nu.6. extra de ferijs,& in cap. conquestus in 4. not. eod. tit. vbi refert opiniones varias de MARIA Dei ge
22 nitrice † an fuerit concepta in peccato originali, idem Abb in cap. ne innitaris sub nu.2. vers. sed vbi inter eos extra de cõstit. vbi etiam de MARIA Virgine an fuerit assumpta in cœlum,
23 & de Salomone † an fuerit saluus vel damnatus propter nimiam luxuriam, & Dauid eius patris virtutem refert diuisas Theologorum, & canonistarum opiniones Bal. in l. captatorias nu 5. in fine C. de testam. milit. Ang. in l. cum prolatis sub nu 3. vers. sed si neutra ff. de re iud. Imol. in l. qui Romæ §. duo fratres ff de verb. oblig. Bald. in l. rescripta in 2. col. C. de precib. imper. offeren. vnde dato quod inuenirentur variæ opiniones circa permissionem. Et concessionem huius nostræ Apostolicæ Bullæ, tenentes tamen esse licitam,& permissam tam in foro conscientiæ, quàm iudiciali non peccant, donec contraria opinio vniformis,
24 & verior appareat. Quia † contractus censualis secundum formam Bullæ extimatur communiter licitus, vnde stante ista communi opinione dato quod incontrarium esse veritas, quia saperet vsurariam prauitatem ex hoc non dicitur vsurarius. Bart. in l. quis sit fugitiuus §. apud Labeonem ff. de ędil. edicto quem sequitur Alex. cons. 39. col. 1. vers. ad hoc accedit in fine vol. 3. Cæpol. in cons. 13. n. 24. inter crim. & in tract. de simul. cõtr. in princ. col. 3. & in 5. casu prin. col. vlt. Tiraq. de retr. conuent. nu. 127. in fine vbi medullitus Bart. declarat. Et ratio potest esse quia
25 † contractus in dubio nõ indicatur vsurarius Ias. in l. 1. nu. 26. C. de seru. fugit. Bald. in l. rogasti §. si tibi in penult. col. vers. sed quid si do tibi frumentum ff. si cert. pet. Alex cõs. 221. col. 1. vers. accedit etiam vol. 2. Bal. in l. si tibi decem in fine princ. ff. de pact. Bald. cons. 487. vol. 1. Gozzad. cons. 55. nu 13. Rocch. de Cur. in cap. fin. extra de consuet. col 6. vers sed communiter Tiraq. vbi supra nu. 126. Auall. cons 40. nu. 1. vol. 2. Dec. cons. 167. col. 2.
26 vers. sed prædictis vol. 1. Nono † quia leges conditæ ab habentibus potestatem sunt seruandæ etiam in foro conscientiæ, quando legi diuinæ non cõtradicunt Bald. in cap. in omni negotio in princ. extra de testib. & in l. quidam §. illo C. de necessarijs seruis, & in auth. ingressi col. 8. C. de sacrosanct. Eccles. glos. 1. in princ. cap. quæ in ecclesiarum extra de constit. Felin. in cap. 1.

Digitized by Google

col.14. eod. tit. Tiraq. de retr. lign. in præfatio. sub nu.73. cum concor. Bulla,& Pragmatica nostra de censibus fuit edita ab habentibus potestatem, vt in suprascriptionibus ibi *Alphonsus Dei gratia Rex*. & ibi *Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei*, nec contradicit iuri diuino propter multiplices circumstantias in ea requisitas de quibus supra in secundo fundamēto,& alibi sæpius, ergo,&c. Decimo auctoritate doctissimorum virorum, vt Dida. Couarr. lib.3.resolut cap.7.sub nu.2.vers. sexto post variam fol. mihi 810. quo in loco dicit hanc esse magis communem opinionem,& respondet ad contraria quæ adduci possent. Bal.in cap.1. in vlt. col. vers. extra quæro de iureiuran. Laur. de Rodulph. in cap.consuluit in 12. quæst.1.par. de vsur.Gui. Papa de contract. illic. in 6. col.vers.quid si vendidi Bal. in l.1.in 7. col.vers.& hoc, facit ad quæst. C. de his quæ pœnæ nomin. Et in cap. 1. in 3. col. versic. numquid de milite vassa. qui contr. Petr. de Greg. hic in quæst.2. & Aloys. de Sept. hic in 2.quæst.vers. in contrariam partem vbi dicit esse communem opinionem Canonistarū, & sacrorum Theologorum.Tiraq.in tract.de retr.lign.§.1.glos.6.nu.15. fol.67. qui dicit hanc opinionem transactam esse in rem iudicatam. Abb. in cap. conquestus col.vltim. vers. Octauus casus extra de vsu. Oldr.cons.207. Alber. in l. iubemus nulli §. vlt. col. 3. vers. quid de tali contractu C. de sacrosanct. Eccles. Roman. cons. 402. Raph.Cum.cons.181. Castrens. cons.289.lib.2.Barba. cons. 66. col.3. & sequ. lib.2. Bertran. cons.5.nu.4. lib.3. D. An-
b ton. in 2. part.summ. tit.1. cap. 8. versic. alius contractus [b] XI. auctoritate Iustiniani Imperatoris in §. quoniā vers licebit iuncta gloss. in authen.vt hi qui obligat. se habere perh. res min.vbi dicitur quod tutores pecunias minorum conuertere possunt in annuos redditus. Et consequenter constat cōtractum censualem esse licitum, & permissum.& extrauagant.1.& 2. tit.de empt. & vend. XII. & vltimo quia Summus Pontifex expresse declarat in Bulla contractum prædictum censualem nō esse vsurarium, vt in text. Bullæ ibi *neque propterea vsurariam prauitatem committere* vnde inter omnes eius subditos indifferenter sic tenendum ar.l.
28 prospexit ff. qui & à quib. man. lib. non fiunt, tum quia † Papa est contra ius, supra ius, & extra ius, & omnia potest Dec. cons. 588. nu.5. vol 4. Bald.in cap. super col.1. extra de causa poss. & propr. & in cap. 1. col. 2. versic. pone quod prælatus. qual.dom.

propr.

Digitized by Google

propr. priu. Sigism. Neap. conf. 40.nu. 12. 14. 19. 22. int. conf. feud. cap. veritas de pœnit.distinct.2. capit.cuncta per mundum 9.quæst.3. Ias. conf.60.vol.3.Ioan. Baptista de Leonar.conf.117.
29 inter conf. feud. Albert.Brun. conf.1. nu.41.tum quia † dubitare de permissis, & dispositis per eum esset quasi sacrilegium l. sacrilegij C. de diuers. rescript. l. 2. C. de crimin. sacril. est constitutio vtriusq; Regni disputare rub.4. lib.1.tit.1. vt nulli se introm.de fact.&c.seu tit.de sacril.regum l.1.C. siquis imper. maledix.glos.rub.C.de pręposl labo.lib.12.l.humanum §.penul C.de ll.cap. in istis dist.4.l.1.C.vt dignior seruetur lib. 12. Affl. decis. 265. nu. 62. & in dicta const. disputare nu.7. & 8.

ANNOTATIONES.

a *Sentire videtur hic Intrigl. iustam causam præsumi in S. Pontifice disponente contra ius diuinum, etiam si eam non exprimat, quæ tamen in re contrarium videtur verius. Nam, etsi regulariter iusta causa præsumatur in S Pontifice, vel Principe, tamen hoc locum non habet quando aliquid disponunt contra ius diuinum, naturale, vel gentium. tunc enim non præsumuntur moti ex iusta causa saltim si eam non exprimāt iuxta veriorem, ac magis communem sententiā, quam præ ceteris probant Abb. in c. quæ in ecclesiarū nu.10.& ibid. Dec. nu. 79. de constit. Fulgos. conf. 61. Ias. in l quominus nu. 7. ff. de flum.& in l.si testamentum nu.4. C. de testam. Dec.conf.576. nu. 10. Ruin. conf.46. nu.10. lib.1. Paris. conf 101. nu. 72. lib.1. & conf.68. nu.225. lib.4. Palat. Ruu. in repet rub de donat int.vir. & vxor.§. 81. nu.4. Alciat. de præs. reg.3. præs.8. nu.3. Gram. decis.65. nu.32 Capic. decis.166. nu.8. Crauett.conf.5.nu.5.& conf. 135. nu. 41. Ferrett. conf.32. nu.26. Roland. conf.35. nu.16. lib.1. Decian.conf.44. nu.119. lib. 4. Feder. Scot. conf.1. nu. 213. lib. 1. tom. 1. Mascard. concl.276. nu. 18. Gail. obser. cam. imper. lib.2. obser.58. nu. 1. vbi testatur hanc esse veriorem, & in camera Imperiali magis receptā late Menoc.de præs.lib.2 præs.10.nu.52. Schrader. de feud. p.4. c. 1. nu. 32. Facchin. controuer. iur. lib. 8. c. 63. q.6. Ridolfin. de absol. princ. pot. c 6. nu.216.*

b *Adde Aluar. Valasc. de iur. emphyt. q. 32. nu. 8. eund. Intrigl. Singul. 10. nu.1. lib.2. vbi scripsi.*

Marcell.Conuersanus I.C.

Digitized by Google

QVAESTIO IV.

Vtrum Bulla Papæ Nicolai Quinti de Censibus sit authentica, & vera?

SVMMARIVM.

1 *Bulla Papæ Nicolai Quinti de Censibus vtrũ sit vera, et authentica.*

2 *Assertio Summi Pontificis & Principis secularis in literis facit plenam probationem, nisi contrarium fuerit probatum.*

3 *Text. in clem. 1. de probat. habet locum etiam in principibus secularibus, quamuis loquatur in Papa.*

4 *Pragmatica Regis Alphonsi de censibus continens in se tenorem Bullæ Papæ Nicolai, quatenus reperitur in volumine statutorum redditur authentica, & vera.*



Trum Bulla Papæ Nicolai Quinti sit vera, & authen-
1 tica † & dico quod sic ex duobus maxime. Primo quia Rex Alphonsus in princ. suæ pragmaticæ de censibus ibi *externo die Sanctissimi Domini nostri Nicolai diuina prouidentia Papæ Quinti, &c.* asserit recepisse literas eius vera bulla plumbea, in filis sericis, rubei croceiq. coloris, more Romanæ Curiæ bullatas non vitiatas, neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspitione ca-
2 rentes. Quę † assertio facit plenissimã probationem donec contrarium non fuerit probatũ gloss. in verbo fecisse narramus vers. satis puto clemen. 1. de probatio. Oldrad. cons. 258. post princ. Alex. cons. 112. nu. 1. vol. 7. Dec. cons. 528. sub nu. 1. vol. 4. Quæ
3 clem. 1. etsi loquatur in Papa procedit † nihilominus in principibus secularibus secundum Dec. cons. 544. nu. 1. vol. 4. Alex. cons. 15. col. 2. vers. sufficeret etiam vol. 5. Cardinal. cons. 128. in quæstio quæ vertitur col. 1. Crauett. de antiquit. temp. par. 1. vers. propositum nostrum nu. 3. & 4. fol. 14. & 15. Socc sen. consil. 4. col. 2. in fine, & consil. 27. col. 2. lib. 3. & cons. 266. sub nu. 29. vers. confirmantur lib. 2. Gab. lib. 1. conclus. tit. de probat. conclus. 2. nu. 18. Quicquid dicat Curt. iun. cons. 161. nu. 13. Dec.

sibi

Digitized by Google

sibi contrarius conf.410.col.2.verf.3. principaliter vol.3. Secun-
4 do quia Pragmatica Regis Alphonsi † continens in se tenorem dictæ Bullę Papę Nicolai, est inserta in volumine statutorum Regni Siciliæ, vt est videre inter capitula Regis Alphonsi fol. 118. secundum antiquam impressionem ex quo vtraque redditur authentica arg. eorum quæ notant Bart. in l. omnes populi nu 67. vers. 2. casu.ff. de iustit. & iure Abb. in cap. pastoralis nu.2. extra de fide instrum. Paul. de Cast. in l. cum prolatis nu. 2. ff. de re iudic. Cum. in cap. si aliquem in prælud. sub nu.21. Bal. in prælud. feud. nu. 4. in fin. vbi Ysern. nu. 24. Curt. in tract. feud. in princ. Ias. in prelud. feud. sub nu. 3.

QVÆSTIO V.

Vtrum contractus Bullaris necessario requirat scripturam.

SVMMARIVM.

1 *Contractus Bullaris vtrum necessario requirat scripturam, & num. 8.*

2 *Contractus regulariter non requirunt scripturam.*

3 *Scriptura necessaria est in trigintaquatuor casibus remissiuè.*

4 *Exceptio firmat regulam in non exceptuatis.*

5 *Contrahentes si perfecto contractu dixerint se velle contrahere in scriptis, ante celebrationem instrumenti, non possunt pœnitere nisi subderint quod alias non confecto instrumento contractus esset nullus.*

6 *Contractus Bullaris est emptionis, & venditionis.*

7 *Emptionis tria sunt substantialia.*

8 *Emptio, & venditio sine instrumentis contrahitur.*

9 *Instrumenti vbi fit mentio intelligitur de scriptura notarij.*

10 *Contractus emphyteoticus necessario requirit scripturam nisi in locis vbi contraria vigeret consuetudo. & nu. 11.*

12 *Consuetudo debet per allegantem probari cum sit facti.*

13 *Consuetudo difficiliter probatur.*

14 *Doctori illustri alleganti cõsuetudinem in loco, seu foro vbi versatur vigere creditur saltim, vt transferatur onus probandi in aduersarium.*

15 Pa-

Digitized by Google

15 *Pactum de retrouendendo in Bullari contractu adiectum non prascribitur.*
16 *Contractus non dicitur perpetuus sine scriptura.*
17 *Memoria hominum labilis.*
18 *Contractus Bullaris æquiparatur rei iudicatæ.*
19 *Verba etiam statutorum debent accipi, & intelligi in potentiori, & pleniori significatu.*
20 *Dictio tanquam stat aliquando similitudinariè.*
21 *Sententia diffinitiua necessariò requirit scripturam.*
22 *Similium idem est iudicium.*
23 *Contractus Bullaris census, ita demum habet exequutionem paratam si necessaria ritus magnæ Regiæ Curiæ contineat.*
24 *Statuta statutis concordare debent.*
25 *Leges legibus debent concordare.*
26 *Statutum vnum secundum aliud intelligitur.*
27 *Exequutio pro censu Bullari datur tam contra principalem, quam contra tertium detentorem bonorum specialiter, indiuidualiter, & generaliter subiugatorum.*
28 *Coloni, seu Inquilini non possident, sed detinent.*
29 *Detentio ab imperitis appellatur possessio.*
30 *Exequutio census Bullaris datur contra tertios possessores ciuiliter bonorum subiugatorum.*
31 *Domini possident ciuiliter etiam Colonis eorum deserentibus agrum.*
32 *Exequutio pro censu Bullari datur contra tertios possessores naturaliter bonorum subiugatorum.*
33 *Vsufructuarij possident naturaliter.*
34 *Detinere verbum stat pro possidere in nostra prag. sicut alibi.*
35 *Possidere verbum aliquando stat pro detinere.*
36 *Contractus censualis ita demum habet exequutionem paratam si fuerit confectum in Regno Siciliæ citra, & vltra farum, & inter incolas, & habitatores illius tantum.*
37 *Naturæ consonū est vt eodem genere quo dissoluimur obligemur.*
38 *Oppositum idem operatur in oppposito, quod propositum in proposito.*
39 *Contrariorum eadem est iuris dispositio per contraria.*
40 *Solutio debiti si ex forma statuti debet probari per instrumentū, idem erit in debito, vt testibus probari non possit.*

41 Cre-

41 *Creditor Bullaris poteſt recuſare iuramentum delatum pro cenſualibus petitis.*
42 *Solutio cenſualium in prima inſtantia non poteſt probari per teſtes etiam legaliſſimos etſi fuerint numero quinque vel vltra, niſi creditor patiatur productionem, & nu. 43.*
44 *Solutio debiti cẽſualis admittitur ex præſumptione l. quicunque cap. de apoch. publ. lib. 10. cum quibuſdam refectionibus & nu. 47. 49. 50.*
45 *Præſumptio iuris non eſt vera probatio, ſed impropria.*
46 *Verba ſtatuti propriè intelliguntur.*
48 *Præſumptio iuris eſt liquidiſſima probatio.*
51 *Præpoſitio quæ oritur ex l. quicunque C. de apocbis publ. lib. 10. eſt iuris.*
52 *Præſumptio iuris admittit probationem in contrarium.*
53 *Præſumptio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium niſi parte non opponente.*



1 Ontractus † iurium cenſualium ſecundum formam
a bullæ verũ requirat neceſſario ſcripturam [a], & videtur prima facie quod non, primo quia contractus re-
2 gulariter neceſſariò non requirunt ſcripturam † ſed dumtaxat ad eorum faciliorem leuiorem, & ſecuriorem probationem eſt tex. in l. contrahitur vbi gloſ. & Docto. ff. de pignor. Dec. conſ. 340. nu. 3. vol 3. Iaſ. in l. pactum quod dotale quam legit cum l. cum proponas num. 13. C. de pact. vbi etiam Dec. num. 3. & in fine commenti. Guid. Papa quæſt. 582. Tiraquell. de retr. ſangu §. 1. gloſſ. 1. num. 1. fol. 385. l. penul. ff. de fide inſtrument. l. cõtractus vbi Bal nu. 1. C. de fide inſtrum. l. ſiue apud acta C. de tranſactio cap. 1. §. poſtquam autem de cenſ. lib. 6. in gloſ. ſuper
3 verbo In ſcriptis quæ enumerat ſimul cum eius additione † trigintaquatuor caſus, in quibus neceſſario requiritur ſcriptura, inter quos non inuenitur adſcriptus contractus bullaris, vndè
4 ſtandum erit regulæ propoſitæ, cum † exceptio firmet regulam in non exceptuatis l. nam quod liquidè §. final. ff. de pęnu. leg. l. generali §. vxori ff. de vſufru. lega. cap. dominus 32. quæſt. 7. §. vt autem lex. ibi neceſſarium exiſtimamus in authen. de non alien aut permut. l. quæſitum §. denique ibi *nam qui hæc inquit excipit* ff. de fundo inſtruct. Cagnol. in l. 1. nu. 25. vbi Dec. nu. 27. ff. de

Digitized by Google

ff.de reg.iur. Alex.conf.64.col.1.volum.4.Imol. in l. filio præterito ff.de iniusto rupto irritoque facto testamen.Dyn. in rub. de reg.iur.lib.6.Curt.iun.consil.60.nu.11.ita arguit in simili Ias.in l.1.nu.7.in fine C. de procurat. per gloss. in verbo inscript. dicti
5 cap.1.de cens.lib.6.Hinc est (prout alias consului) quod si † contrahentes perfecto contractu, subderint vt de eo fiat instrumentum publicum, nihilominus antè celebrationem instrumenti, non possunt se pœnitere altero inuito, quia contractus regulariter non indiget scriptura, & quatenus dixerunt velle celebrari instrumentum publicum de eo, dixerunt ad faciliorem probationem non quod scriptura non sequuta, non valeret contractus, nisi expressè subderint quod alias non confecto instrumento contra-
b ctus fuisset nullus, quia tunc licebit eos pœnitere [b] Afflict.decis. 105.nu.4.est tex. in l.contractus iuncta gl in ver.in scriptis C.de fide instrum. Ang.consf.156.nu.2.Dec.conf 140.num. 3. vbi dicit communem opinionem lib.3. & in l. pactum quod bona fide col. 2.C.de pact.glo.in ver. inscriptis vers. duodecimus cap. 1. vers. postquam de cens lib.6. Bartol. in dicta l.contractus num.1. Fabian.in tractat.de empt.& venditio.in 5.quæstio princ. num. 54. Petr.Nicol.Mozz.in tractat.de contract.titul.de empt num. 51. fol.78.hanc etiam opinionem dicit esse communem Christ.Porc. Instit. in princip. de empt. & vendit. in gloss. super verbo conficiuntur sub num.2.Alexan.consil.121. col.2. versic. quod etiam alia ratione volum.2.Quicquid dicant Paul.de Castro. in l. cum res num.4.C.de probat.& Marant in disput 4.nu.4. & in Specul. aureo 4.par. 9. distinct. num.88. fol. 101. Secundo quia hic su-
6 mus in † contractu emptionis, & venditionis vt ex Bulla Papæ Nicolai colligitur. ibi *super rebus, & proprietatibus suis, &c.* & ibi *pro consimili pretio* & ibi *inter se contrahendi vendendi, & emē-*
7 *di &c.* † Quæ omnia videlicet res pretium, & consensus in contractu necessario sunt substantialia emptionis, & venditionis gloss.in l.pacta conuenta in verbo ex pretio ff. de contrah. empt.
8 Bald.in l.in ementis nu.3.C.eo. † At emptio & venditio sine instrumētis contrahitur solo consensu l.cum instrumentis C.de fide instru.l.cum res C.de probat.institut.in princ.de emption. & venditio. ergo &c. Contrariam sententiam in themate proposito iudicamus veriorem, quod contractus bullaris requirat necessariò scripturam. secundum Petr.de Gregor. Aloys.de Sept.

Ioan.

Digitized by Google

Ioan.Phil.de Patern.Henric.de Med.& magis communiter scribentes hic. Quam primo confirmamus ex text.nostræ Bullæ Papæ Nicolai. ibi *instrumento gratia pro consimili pretio &c.* Dum
9 facit † mentionem de instrumento, quod semper intelligitur de publica scriptura notarij. Tiraquell. de retra. sangui.§.1.glo.1. num.1.fol.385. Bartol.in l.si quis legatum sub num. 2. post medium vers.aduerte appello ff.ad l.Corn.de falsis.Bald.in l.vltim. num.2.C.de falsa causa adie. lega. & consil.444.nu.1.lib.1. Abb. Pan.conciuis meus in rub.ext.de fid. instrum.Alexan.consil.122. colum. 2. vers. quod etiam alia ratione volum.2. cap. Regni ritus Regis Alphons.101. ibi *instrumentum* vbi præceptor meus, & promotor Domin.Ioseph Cum.num.99.est etiam text. in l. 1. ibi *scriptura interueniente*, & in l. 2. in princ. ibi *emphyteoticis instrumentis*, & in l.3.in §.1.ibi *instrumentum emphyteoseos* C.de iure emphyte. Per quæ maximè tria iura, iunctis doctrinis, & auctoritatibus proximè allegatis, concludunt magis communi-
10 ter doctores, quod etiam contractus † emphyteoticus requirit necessariò scripturam [c] Ias.in dicta l.1.sub nu.64.vers. per prædictam vbi dicit hanc esse magis communem conclusionem. Alexan.cons.136.col.4. vers.præterea si dicamus vol.1.glos. in dicta l.1.in ver.alienationis glo.in cap.1.§. postquam vers. octauus de cens. lib.6. gloss. in §. adeo in verb. neque ad locationem in fine vbi Ang.Ar.inst de locat.gloss. in l. contrahitur ff. de pigno. glo. in l.pactum quod bona fide C. de pact. Imol.in c potuit in 3. col. vbi dicit communem opinionē extra loca. Alex. cons.6.col. pen. in fine vers.non obstat lib.2.& cons.50.sub nu 6. vol. 5. vbi dicit esse communem opinionem. Socci.sen.consil.169. nu. 12. vbi dicit esse magis communem opinionem lib. 2. Crau.cōs.112.nu.8. lib.1.Afflict decis.72.sub nu.7. vbi dicit magis communem opinionem Clar. in §. emphyteusis q. 4. vbi etiam dicit esse magis
11 communem opinionem. Qui subdit non seruandam † in locis in quibus vigeret consuetudo in contrarium. Quæ consuetudo cum
12 sit facti † debebit per allegantem probari est tex. in cap. 1. vers. quia tamen de constit. lib. 6. vbi Gemin. col. 2. vers. oppono quinto. Crauett.consil.325.nu.1.lib.2.est tex.in l. 1. vbi Bal. nu. 1,C. quæ sit longa consuet. Auall.consil.71.nu.20.vol.1 & cons. 53.nu.31.volu.2. Bart. in l.2.num.31. C. quæ sit longa consuet. Corn.consil.83. in littera O.vol.4. Dec.cōsil.402.nu.11.Alexan.

C con-

Digitized by Google

consil 67. sub nu 1. vol. 7. Dec. consil. 420. num. 8. vol. 3. & consil. 472 nu. 6 vol 4. & cons 483. num. 29. vol. 4. Abb. consil. 36. col 1. vers secundo casu lib. 2 qui allegat c. cum in iure extra de offi. deleg. Dec. cons. 538. num. 8. vol. 5. Paris. cons. 25. num. 18. vol. 1. glos 3. vbi Doct. l. 2. C. si contra ius vel vtil. publ. Paris. cons. 45.
13 num. 67. vol. 1. Et † probatio consuetudinis est difficilis Auall. cons 71. num. 20. volum. 1. Cur. iun. consil. 184. num. 9. in fine volum. 2. Fulg. cons. 6. in fine Ang. Aret. in §. ex non scripto sub nu. 29. post princ. instit. de iure nat. gent. & ciuili. Dec. cons. 215. nu.
14 2. in fine Bart. in l. de quibus ff. de ll. Verum quod † credendum esset illustri Doctori alleganti consuetudinem vigere in foro seu loco vbi versatur, saltim vt transferatur onus probandi in ad-
d uersarium [d] Bart. iuris Lucerna in repet. l. de quibus num. 21. in 4. quæst. prin. post prin. ff. de legib. Dec. cons. 420. sub nu 9. vol. 3. qui dicit esse communem opinionem Ias. in l. 1. nu. 92. C. de iure emphy. Raph. Cum. consil. 57. col. vlt. & consil. 169. col. 1. Auall. cons. 71. nu. 21. & 22. volu. 1. Curt. iun. cons. 60 sub nu. 5. vbi dicit esse magis communem opinionem Crauett. consil. 166. nu. 9 lib. 1. vbi dicit esse magis communem opinionem. Socc. sen. consil. 252. num. 10. & 11. volu. 2. & cons. 275. num. 4. vol. 2. Dec. in l. 2 §. mutui datio. in 2. lett. nu. 8. ff. si cert. pet. vbi allegat magis communem opinionem, & consil. 159. nu. 5. & 7. vbi dicit esse communem lib. 4. & consil. 693. nu. 12. & 13. lib. 5. vbi etiam allegat communem opinionem & cons. 694. num. 3. & 4. volum. 5. Ioan. Lup. in cap. per vestras de dona. inter vir. & vxo. §. 21. num. 1. fol. mihi 19. Socc. iun. consil. 131. num. 1. vol. 2. & cons. 60. nu. 10. vbi dicit esse magis communem opinionem vol. 2. Bald. in cap. cum dilectus col. 2. extra de consuet. Guid. Papa q. 139. col. 1. Christ. Porc. instit. de his qui sunt sui vel alien. iur. in 3. col. in princ. in additione quæ incipit adde dum supra dixi in fine. Cassan. cons. 64. nu. 8. Sigism. Neap. cons. 10. nu. 20. inter cons. feud. Paris de Put. in tract. synd. in verbo an Doctor sub nu. 9. fol. 105. Bertach. in repert. in verb. Doctor. nu. 140. in fine Petr. Beninten. decis. 95. vbi refert communem opinionem. Gabr. lib. 1. tit. de probat. conclus. 4. nu. 1. & 2. Auall. conf 87. nu. 12. vbi allegat communem opinionem volum. 1. Quicquid dicant Dec. sibi contrarius cons 402. col. vlt. vers. secundo respondetur vol. 3. & Auall. sibi contrarius in tract. de lucro dot. quæst. 26. nu. 14. fol. mihi 30.

Sil-

Siluan.cons.9.nu.27. vol. 1. vbi refert communem opinionem Aret. cons.132.col.3. & 4.Corn cons.83.col.5.vol.4. Alex. in l.post dotem nu 29. ff. solut. matrim. Gozzad. cons. 35. nu. 12. Paris cons.158.nu.21.vol.4. Hypol. in sua pract. in §. constante nu.15. Cagn. in l.1. sub nu. 265. ff. si cert.pet. Paul. de Mon. pico cons.106.nu.28. Secundo confirmatur nostra principalis conclusio, quia contractus bullaris est perpetuus. Quod patet quia
15 † pactum de retrouendendo in eo adiectum de substantia ipsius nullo tempore præscribitur. Couarr. lib. 1. resolut.cap.9. nu. 8.
16 & communiter scrib. hic. Nec posset dici perpetuus † si scrip-
17 tura necessario non interueniret,cum † labilis sit hominum memoria,vt in terminis contractus emphyteotici firmat Ias.in l.1. nu.61. vers. adducitur etiam ratio C. de iure emphyt.l.peregrè in princ. ff. de acquirend. possess. l. iubemus §. sed ne aliqua C. de testam. cap.præterea 23. dist. Specul. tit. de aduoc. §. nunc tractemus qualiter aduocatus vers. habito igitur Afflict. decis. 345. nu. 2. Tertio confirmatur ex pragmatica nostra in princ.
18 ibi *tanquam res iudicatas*. vbi Rex Alphonsus assimilat † contractum bullarem rei iudicatæ, & consequenter sententiæ diffi-
19 nitiuæ.Cum.† verba etiã statutorũ debeant accipi,& inelligi in potentiori, & pleniori significato. Bald. in c. cum non liceat in fine extra de præscript. & in l.cum mota col.2.vers. vlterius oppono.C. de transact. l.1.§. vlt. ff. si ager vectigal l. si duo patroni §.1. ff. de iureiur. Tiraquell. de retract. conuent. §.2. glos 1.
20 nu.8. fol.875. Et illa † dictio tanquam hoc in casu stabit similitudinarie, vt alias in cap. quoniam § fin. vers. si vero extra, vt lite non contestata Bertach. in repert. in verbo tanquam in fine
21 Cardin.in clem.1. in fine de vsur. at res iudicata,seu † sententia diffinitiua necessario requirit scripturam l. 1. & l. 3. C. de sentent.ex peric.recit. Marant in Spec. part. 6.nu.12.fol. 252.Vant. de null. ex defe. procest. nu.69. & 70.fol.221. cap.fin.de sentent. & re iudic.lib 6 cap. in primis in fine 2 quęst. 1.cap.1.de sentent. excomm. lib.6.etsi in isto cap.1. non requiratur præcise scriptura, sed causatiuè.l. prolatam iuncta glos.C. de sentent.& interl. omn. iudic. clem. sæpe §. sententiam vbi glos. in verbo in scrip-
22 tis de verb.signif.ergo,& contractus bullaris,quia de † similibus idem est iudicium l.fin. vbi Salic.C.de const pecu.l. non possunt. ff. de legibus. Quarto confirmatur, quia pragmatica nostra dat

C 2 exe-

Digitized by Google

exequutionẽ contractui bullari, vt in princ. pragmaticę ibi *censualium contractus, &c.* & in text. ibi *paratam exequutionem ha-*
23 *bere, &c.* Quod debet intelligi si † contractus prædictus habuerit scripturam publicã,& alia requisita,de quibus in dicta pragmatica,& in cap. Ritus 101. quicunque,&c. & in c.110. ad tollen
24 dam,&c. & in cap. 111. in forma publica,&c. tum quia † statuta
25 statutis, sicut † leges legibus debent concordare cap. cum expediat in princ. de electio. lib. 6. l. 1. C. de inoffic. dot. Tiraq. de retr. ligna § 1. gloss. 10. nu. 12. in fine fol. 226 Anton. de Canar. in tract. de exequut. instrum. quæst. 16. circa medium, tum quia
26 † vnum statutum secundum aliud intelligitur Alber. in l. non est nouum per illum text. & duos alios sequentes ff. de legibus Bart. in extrauag. ad reprimendum in verbo non obstantibus Bald. in l. omnes populi col. 8. verf. modo quæro vtrum ff. de iustit. & iure, & in cap. 1. col. 1. extra de præscript. Petr. de Anchar. in cap. 1. 12. q princ. verf. reperio ipsum, & in c. statutum §. cum autem col. 2. de rescript. lib. 6. Iaf. in l. si quis ex argentarijs §. si initium in quarto not. ff. de edend. & in l. triticum super gloss. secunda ff. de verb. oblig. Tiraq. de retr. lign. §. 25. gloss. 3. nu. 21. fol. 561.
27 Quam † exequutionem contractus bullaris habet pariformiter priuilegiatã tam contra principales personas subiugantes, quàm contra tertios detentores bonorum subiugatorũ siue indiuidua-
28 liter, siue specialiter, siue generaliter, siue ipsi tertij † nudã detentionem habeant vt coloni, & inquilini l. si pignus vbi gloss. ff. de pign. actio. l. offitium in fine ff. de rei vend. l. non solum §. quod vulgo in fine vbi gloss. in verbo vllam possessionem. ff. de
29 vsucap. l. 1. vbi gloss. C. comm. de vsucap. & si istam † detentionem imperiti possessionem vocẽt. l. stipulatio ista §. hæc quoque vbi gloss. & Doct. ff. de verb. oblig. Iaf. in l. 1. nu. 36. ff. de acquir.
30 poss. siue † ciuilem possessionem habeant, vt sunt † domini, colo-
31 nis etiam deserentibus agrum. l. si colonus vbi glos. ff. de acquir. poss. l. fin. vbi glos. in verbo generetur in fine C. eo. l. cum quis
32 ff. de dolo siue denique † naturalem possessionem habeant vt
33 † vsufructuarij l. naturaliter in princ. & l. possessio quoque in princ. ff. de acquir. poss. Nec credas ad hæc posse obstare verbum *detentorum* post principium nostræ Pragm. adiectum, quasi detur exequutio dumtaxat contra tertios detentores, non autem
34 possessorem rerum subiugatarum. Quia hoc in loco, istud † verbum

Digitized by Google

bum detinere ſtat pro poſſidere,ſicut etiam accipitur in cap.cau ſam in fine extra de reſcript. vbi Abb. ſub nu.6. Petr. de Greg. hic verſ.ſucceſſiuè quæro,& verſ. præterea cōfirmatur circa me-
35 dium. Sicut econuerſo † verbum poſſidere ponitur pro detinere cap.2. vbi gloſſ. in verb. poſsidebant 12. q.1. quod autem diximus inſtrumentum bullare habere exequutionem paratam,
36 & priuilegiatam,intelligas ſi fuerit † confectum in Regno Siciliæ citra,& vltra farum,& inter incolas,& habitatores terrarum ciuitatum, & vniuerſitatum illius vt in text.Bullæ Papæ Nicolai ibi *tam eidem regi,quam huiuſmodi regnorum,&c.* ſecūdum Petr. de Greg. hic verſ. nono requiritur. Quinto noſtra principalis concluſio confirmatur ex verbis noſtræ Pragmaticæ ibi *præterquam realis ſolutionis* iuncto verſ.ſequēti ibi *authenticis documentis,vel alijs ſcripturis plenam fidem facientibus*. Quia obligatio cuiuſlibet annualis cenſus in prima inſtantia tollitur,ſeu annihilatur ſolutione reali probanda dumtaxat authenticis documentis, vel alijs ſcripturis plenam fidem facientibus, vnde ſicut ea obligatio tollitur,ſeu annihilatur ſolutione ſolummodo per ſcripturam oſtenſa, ita videtur introduci debere ſcriptura tantum me-
37 diante. Quia † naturæ conſonum eſt, vt eodem genere. quo diſſoluimur. eodem obligemur.l. nihil tam naturale.ff.de reg. iur. Cagnol. in l.2. ſub nu.14.C. de pact. inter empt.& vend. Alexan. conſ. 209 in penult. col.verſ. vltima ratione,& verſ.vnde in propoſito vol 2. cap.1 extra de reg.iur.l.1.C. quando lice.ab empt. diſce. l.prout quiſque ff. de ſolut.l. ferè quibuſcunque.ff. de reg.
38 iur. † idemq. operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito l. fin. §. fin. vbi Bart. expreſsè.ff. de legat. 3. Socc. conſ. 73. nu. 23. vol.1. Andr. ab Exea de pact. nu. 406. fol.mihi 201. Philoſophus in 4.& in 6. Topicorum l. etſi contra ff.de vul. & pupill. Bart. in l. inter ſtipulantem §. ſacram nu.3.ff. de verb.
39 oblig. & † contrariorum eadem eſt iuris diſpoſitio per contraria l.& ſi contra ff. de vulg. & pupill. ſubſt.l. penult. C. de ſolut. l.ſi ex toto in princ. & l. quod in rerum §. ſi quis poſt ff.de legat. 1.l. ſi mortis in princ.ff.qui & à quibus Tiraq.de retr.ſanguin.§. 12.gl.1.nu.16.fol.23 2.l.1.ff de his qui ſunt ſui vel alien.iur. l.ab emptione vbi Bald.ff. de pact. cap cum veniſſent vbi Bald. extra de iudicijs. Et in terminis terminantibus decidunt Phil. Dec. in l. nihil tam naturale nu. 3. ff. de reg. iur. Iaſ.in l. licet ex cauſa

nu.2.

Digitized by Google

nu.2.C.de bon.poss.contra tabulas lib.Petr.de Anchar. cons.351.
40 incip. in quæstione. volentes quod si † solutio debiti non potest probari nisi per instrumẽtum ex forma statuti, pariter idem erit in contrario, videlicet in debito. quod non poterit testibus probari. Ex quo infertur. Primo quod si conuentus pro annualita-
41 tibus petat † deferri iuramẽtum actori, seu creditori; quod nihi-
e lominus [e] ipse creditor, poterit recusare iuramenti delationem, stante Pragmatica nostra volente solutionem esse admittendam in prima instantia duntaxat per scripturam, Ias. in l. manifestè 4. col. sub nu.7. vers. duodecima causa ff. de iureiur. Bald. in authen. sed nouo iure in 4. col. sub nu. 12. & 13. C. si cert. pet. Et dom. Nicolaus Intrigliolus bonæ memoriæ Auus meus hic. Secun-
42 do infertur quod † solutio debiti censualis in prima instantia
f iuditij, non potest probari per testes, etiam legalissimos, [f] & si fuerint quinque numero, & vltra secũdum dominũ auum meum hic. Quicquid dicant Marsil. singul. 157. Abb. in cap. sicut consuetudo sub nu. 11. extra de probation. Foller. hic tit. quæ qui-
43 dem exequutio nu.66. & nu.68. fol.267. nisi † creditor passus fue-
g rit produci testes [g] super solutione prædicta, quia tunc bene admitterẽtur, vt impediant exequutionẽ, vt in terminis terminãtibus voluerunt. Dec. in l. in ambiguis §. nõ est nouũ nu.7. ff. de reg. iur. Cæpoll. caut. 254. incip. dubitari potest. Bald. plenissimè in l. certi conditio §. quoniam circa finem vers. sed ponamus ff. si cert. pet. Hyppol. in l. siquis ne nu. 110. ff. de quęst. Alex. cons. 77. in vlt. col. vers. denique respondeo vol. 2. cap. 1. vbi Abb. sub nu. 4. extra de rest. spoliator. Afflict. decis. 193. Bart. in l. si quis ad se fundum sub nu. 2. vers. intellige C. ad l. Iul. de vi publica. Tertio
44 infertur secundũ aliquos quod † solutio debiti censualis non admittitur in terminis nostræ Pragmaticæ quæ requirit probationem instrumentalem, ex prę sumptione l. quicunque C. de Apoch.
h publ. lib. 10. [h] vbi ostendens tribus proximis annis elapsis soluisse, præsumitur retro soluisse, quos sequitur Ias. in §. præiudiciales nu.70. instit. de actio. & in l. sciendum nu.25. in fine. & nu.26. ff. de verb. oblig. Petr. de Greg. hic quæst.8. vers.4. infero. Eo maximè moti argumento, quia nostrum statutum de Censibus admittit solutionem ostensam per probationem instrumentalem,
45 & † præsumptio iuris non est vera probatio, sed impropria l. Lucius vbi gloss. & Bart. ff. de condit. & demonst. l. vnica ff. si tab. te-

46 stam.

46 stam. extabunt. cum † verba statuti propriè intelligantur l. 3. §. hac verba vbi Doct. ff. de nego. gest. l. prætor ait ff. de suis, & legit. cap. in nostra extra de iniur. Bart. in l. 1. §. hoc interdictum vbi gloss. ff. de fon. Tiraq. de retr. sangu. §. 1. glos. 10. sub nu. 70.
47 Quorum sententiam nos audacter reprobamus. sectantes in puris terminis Bald. in l. 1. nu. 18. C. de fideicomm. Tiraq. in l. si vnquam in verbo donatione largitus nu. 159. fol. mihi 239. Barba. in l. cum acutissimi col. 7. post princ. C. de fideicomm. Alciat. in tract. præsum. in 3. præsump. sub nu. 3. Bal. in l 1. §. & vt plenius sub nu. 4. C. de rei vxor. action. Alex. cons. 126. nu. 9. vol. 6. Hyppol. in rub. de probat. nu. 57. glos. in verbo repellere circa medium ibi *item quis probabit* l. 2. C. de iu. emph. Auall. in tract. de lucro dotis in q. 75. nu. 33. fol. mihi 88. Dec. cons. 54. sub nu. 3. vol. 1. Ioan. Aloys. de Septimo, & magis communiter scribentes.
48 hic † præsumptio quippe iuris est liquidissima probatio glos. vul. in verbo ostenderis in fine l. si tutor. C. de peric. tutor. Bal. in l. 1. nu. 4. C. si in fraudem patroni Paul. de Castro cons. 116. col. 2. vers. & quod constat quod præsumptiones lib. 1. Alex. in l. manifestè nu 2. ff. de iure iuran. Ang. in l. si præter col. 1. ff. de re iud. l. 1. ibi *liquido probatur* vbi glos. & Alex. C. de testam. milit. l. licet imperator in princ. vbi Bart. & Ang. ff. de leg. 1. l si quis locuples ff. de man. test. l. 1. C. de condit. inser. cap. 1. vbi Abb. de cler. non resid. cap cum dilecti vbi Abb de donat. cap. decernimus iuncta glos. in verbo manifestum 3. q. 3. Ias. in l. si pluribus nu. 11. & 12. ff. de leg. 1. Restringimus primo nostram, & magis communem
49 sententiam, vt procedat quando dictæ † Trinæ solutiones fuerint ostensæ per publica documenta, vt in text. dictæ l. quicunque ibi *apochas securitatesq. protulerit* iuncta rubrica ibi *publicis*. Et lege 1. ibi *vt securitatibus nomen inferentibus, &c.* & in text. nostræ Pragmaticæ ibi *authenticis documentis*, *&c.* Secundò restringi-
50 mus vt procedat quando † solutiones pro tribus annis proximè elapsis fuerint factæ diuersis tẽporibus, & consequẽter in diuersis instrumẽtis, secus vero si fuerit facta solutio, etsi pro tribus annis
i vno & eodem tempore, & in vna scriptura, *i* quia tunc præsumptio dictæ l. quicunque non induceretur Bart. in l. eum qui sub nu. 3. ibi ratio est ff. de ann. lega. Alex. in add. ad Bart. in dicta l. quicunque. Bald. in l. 2. C. de Dot. promis. Ias. in l 1. nu. 33. ff. de off. eius, & dom. Calceranus Intrigliolus bonæ memoriæ genitor

Digitized by Google

nitor meus hic in apostill. Tertiò. Restringimus nisi creditor ve-
51 lit probare contrarium namq. cum † præsumptio quæ oritur ex
52 dicta l. quicunque sit iuris † admittitur contra eam probatio
incontrarium est text. in dicta l. quicunque in fine vbi Ioann. de
Plat. col. 2. vers. item nota quod hic l. si Chirographum ff. de pro-
53 batio. † Præsumptio vero iuris, & de iure nõ admittit probatio-
nem incontrarium, nisi parte non opponente Alex. cons. 77. col.
fin. vers. bene facit volum. 2. Socc. regul. 314. fallen. 4. Alciat in
tract. præsumpt. in 2. præsumpt. nu. 9. fol. mihi 597.

ANNOTATIONES.

a *Vide Add. ad Gregor. de Cens. quæst. 5. nu. 365.*

b *Adde Couarr. in c. relatum 1. nu. 9. in fin. de testam. vbi testatur contrariã opinionem cõmuniter reprobari, Mascar. cõcl. 435. nu. 8. Put. decis. 43. lib. 3. Magon. decis. Florẽt. 135. nu. 14. et decis. Lucen. 95. nu 19. Thess. decis. 197. late Menoc. de præsumpt. lib. 3. præs. 148. nu. 4. Morot. resp. 96. nu, 10. Facchin. controuer. iur. lib. 2. c. 97.*

c *Vide late Valasc. de iur. emphyt. q. 7. Mascar. concl. 602. nu. 2. Facchin. contr. iur. lib. 1. cap. 84. Ceuall. comm. cont. comm. q. 356. Card. Tusc. concl. 148. lit. E, tom. 3.*

d *Ad hanc quæstionem an, & quando credendum sit Doctori illustri testanti de consuetudine, vide plenè Mascard. concl. 426. Iacob. Ben. de priuil. iuriscons. par. 3. priuil. 81. Ceuall. cõm. contra comm. q. 1. Et quid si Doctor testetur de communi opinione, vel de communi vsu loquendi, vide omnino Corat. de comm. opin. lib. 1. tit. 7. Iacob. Ben. d. priuil. 81. nu. 4 & 5.*

e *Adde Ang. in l. non erit ff. de iureiurand. quem in his terminis sequuntur Iacob. Chirc. ad Pragm. de Cens. nu. 24. & ibid. Franc. Prouinz. nu. 52.*

f *Adde Milan. decis. 13. nu. 104. lib. 2.*

g *Adde Anton. de Ball. ad Pragm. de Cens. q. 25. nu. 6. eund. Intrigliol. sing. 249. lib. 1. vbi scripsi Add. ad Greg. de Cens. q. 9. nu. 27.*

h *Vide eund. Intrigl. sing. 251. lib. 1. & quæ ibi dixi. Et ad materiam l. quicunque C. de apoch. publ. lib. 10. de cuius intellectu nonnulla scribit hic Intrigl. vide late Crauett. consil. 313. Gabr. lib. 1. conclus. tit. de præs. concl. 11. Padill. in l. 1. C. de fideicõm. Duenn. reg.*

reg. 54. Mascard. de probat. concl. 1320 Vinc. de Franch. decis. 137. Menoch. de praes. lib. 3. praes. 139. Caroc. de locat. & cond. par. 4. ad fin tit. de pal. oliu. & gland. num. 18. & seqq. fol. 217. Ioan. Bapt. Costa de retrotract. cap. 8. cas. 14.


Marcell. Conuersanus I.C.

QVAESTIO VI.

Vtrum iurisdictiones feudales possint subiugari sine Regio assensu?

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictiones feudales an possint subiugari sine regio assensu. & num 4.*
2 *Concessio regis, seu Papae debet aliquid operari.*
3 *Verbum legis, etsi minimum, non censetur superflue appositum.*
5 *Princeps per suum actum numquam praesumitur sibi praeiudicare, nisi in quantum fuisset expressum.*
6 *Iurisdictiones hodie subiugantur indistinctè fauore Bullae cum antea non potuissent nisi casu extremae necessitatis.*
7 *Iurisdictio praesumitur allodialis in dubio, non feudalis.*
8 *Generalis dispositio non comprehendit feuda, nisi de eis fiat mentio specificè.*



VTrum iurisdictiones quas dominus feudi habet in vas-
1 sallos † possint subiugari secundum Bullam absque
2 assensu regio, & posset dici quod sic † quia concessio Papalis debet aliquid operari arg. l. 1. in fine ff. ad municipa l. si quando in princ. ff. de leg. 1. Sed potestas Papalis concessit facultatem subiugandi iuridictiones dum dicitur in Bulla, ibi *iurisdictiones, &c.* ergo videtur posse subiugari sine regio assensu, alias secus intelligendo nihil operaretur concessio, cum & sine ea iurisdictiones feudales cum regio assensu possent
3 obligari. Adde etiam quod † quaelibet syllaba legis non censetur superflue apposita argu. l. 1. vbi glos. 1. ff de eo quod met. cau.

gloss. in verbo tanquam cap. solitæ extra de maior. & obed. Crauett. cons. 201. nu. 13. vol. 2. & consequenter nec illud verbum in Bulla Papali appositum debet censeri superfluum, cum sine eo (vt prædiximus) regio assensu interueniente poterant obligari
4 iurisdictiones. † Contrariam sententiam veriorem, & tutiorem iudicamus, vt absque assensu regio subiugari non possint iurisdictiones feudales (dato quod dictũ verbũ *iurisdictiones* in Bulla
5 positũ comprehenderet iurisdictiones feud.) quia nũquam † præsumitur princeps per suum actum sibi præiudicare, nisi in quantum fuisset expressum argu. cap. super eo extra de offitio deleg. Anton. de Butrio in cap. vt debitus honor de appellatio Afflict. decis. 307. nu. 21. & 22. Speculat. tit. de emphyt. vers. 94. & in indiuiduo Anton. Lancea hic. Et ad contraria respondeas quod non remanet frustratorium verbum *iurisdictiones*, quia operatur
6 concessio vt possint † hodie pignorari iusdictiones indistinctè, speciali fauore Bullæ cum antea non potuissent nisi in casu extremæ necessitatis Bart. in l si is qui §. iura prædiorum nu. 2. ff. de pignor. Ioan. Neuiz. cons. 12. nu. 150. inter cons. feud. vel respondeas quod Bulla non intelligit de iurisdictione feudali, sed de
7 allodiali † quæ in dubio præsumitur, Alex. cons. 87. nu. 8. vol. 6.
8 Alciat. in tract. præsumpt. reg. 2. præsumpt. 3. Quia † dispositio quantumcunque generalis feuda non comprehendit nisi de eis fiat mentio specificè. Specul. tit. de pignor. vers. penult. Clar. in §. feudum quæst. 31. vers. in proposito Alexan. cons. 2. vol. 4. in princ. Gabriel lib. 6. de reg. iur. conclus. 12. nu. 15. & 22. & secundum istam responsionẽ cessat difficultas quæstionis propositę.

QVÆSTIO VII.

Vtrum Clericus in contractu Bullari possit se submittere iurisdictioni seculari?

SVMMARIVM.

1 *Clericus in contractu Bullari vtrum possit se submittere potestati seculari. & nu. 4.*

2 *Papa potest dispensare in his quæ sunt iuris positiui vti vult, & in*

Digitized by Google

in his quæ sunt iuris diuini vbi euidenter peccatum mortale non nutritur. & nu. 3.

5 *Papa non præsumitur derogasse priuilegijs toties corroboratis.*

6 *Papa per dispositionem generalem etiam factam per modum legis non videtur voluisse derogare priuilegijs personarum maxime Ecclesiasticarum.*

7 *Priuilegium primum in dubio magis præsumitur non reuocatum, quam reuocatum.*

1 Trum Clericus in contractu Bullari † possit se submittere iurisdictioni seculari. Et pro parte affirmatiua faciunt verba nostræ Bullæ ibi, *& submissiones cuicunque foro, &c.* iunctis, verbis finalibus eiusdem Bullæ ibi *non obstãtibus constitutionibus, & ordinationibus, ac Priuilegijs Apostolicis,* & in text. ibi *etiam si de eis facienda esset specialis mentio,* quasi à Summo Pontifice videatur data licẽtia clericis subiugare volentibus secundum formam Bullæ, vt possint seipsos submittere cuilibet foro restringẽdo c. inolita c. placuit *il* 2. 11. q. 1. c. significasti, etc. si diligenti de foro compet. cum sim.
2 cum † Summus Pontifex non solum possit dispensare vti vult in his quæ sunt iuris positiui Sigis. cons. 40. nu. 11. inter cons. feud. Innoc. in cap. cum ad monasterium de statu monc. Ant. de Butr.
3 in c. 1. de const. Verum etiam, & † in his quæ sunt de iure diuino vbi euidenter peccatum mortale non nutritur, & sine læsione fidei Sigism. cons. 50. nu. 53. & 54. quam partem affirmatiuam sequi videtur Petr. Follerius hic tit. & submissiones nu. 1. fol. 226.
4 Pro contraria tamen † parte negatiua in proposita quæstione consulerem, & iudicarem. Quia etsi Summus Pontifex posset ius positiuum, & diuinum restringere, declarare, & interpretari, attamen per dicta verba in Bulla nostra, generalia. *Et submissio-*
5 *nes cuicunque foro* † non præsumitur Summus Pontifex derogasse priuilegijs toties corroboratis clericorum. Ioan. Neuiz. cons.
6 12. nu. 38. inter cons. feud. Roman. cons. 327. in princ. Et per † dispositionem generalem, etiam per modum legis, & pertinentem ad publicam, & perpetuam vtilitatem, non videtur Summus Pontifex voluisse derogare priuilegijs personarum maximè Ecclesiasticarum, vt eleganter firmat Alber. Brun. cons. 117. nu. 239. inter cons. feud. fol. 97. Socc. sen. cons. 74. nu. 11. vol. 1. cum al-

leg.per eos fa it etiam gl.vulgata in fine vers. item in dubio 25.
7 quæst 2. vbi dicitur quod in † dubio magis præsumitur primum priuilegium non reuocatum, quam reuocatū facit etiam optimū argum l.si quādo in princ. C. de inoff testam. & argum.l.præcipimus in fine C de appellatio.& in indiuiduo Iacob. rubeus hic.

QVÆSTIO VIII.

Pactum quod emptor percipiat in retrouenditione facienda vltra pretium datum an vitiet contractum Bullarem in totum?

SVMMARIVM.

1 *Pactum quod emptor percipiat in retrouenditione facienda vltra pretium datum vtrum, vitiabit contractum Bullarem in totum. & nu. 10.*
2 *Contractus vitiatur in totum si aliquid inutile interuenit contra naturam eius.*
3 *Decretum iudicis interpositū plus debito, vitiatur etiam in quantitate debita.*
4 *Datio in solutum per viam contractus vitiatur tantum in quantitate non debita.*
5 *Sentētia prolata vltra summam iurisdictionis corruit in totum, cum limit. remissiuè.*
6 *Emphyteota deficiens in solutione pensionis pro parte cadit à iure suo in totum.*
7 *Compromissum factum in personam liberi, & serui, non valet etiam in personam liberi.*
8 *Fideiussor non potest obligari in maiori summa, quam reus principalis.*
9 *Instrumenta, & attestationes repertæ in aliqua parte falsæ, in totum reprobantur.*
11 *Vtile perinutile in separabilibus, & diuiduis non vitiatur.*
12 *Pacta quot sunt in contractu tot sunt stipulationes.*
13 *Stipulatio vsurarum facta vltra modum legitimum, vitiatur duntaxat in eo quod excedit.*

14 Do-

Digitized by Google

14 *Donatio non inſinuata excedens ſummam quingentorum ſolidorum annullatur in eo quod excedit.*

15 *Solidi quingenti legales ſummam capiunt ſcutorum noſtri temporis ſeptingentorum.*

16 *Donatio remuneratoria facta inter perſonas prohibitas reuocatur in eo quod res donata merita donatarÿ excedet.*

17 *Auctoritas interpoſita à falſo tutore,& vero,non vitiatur ratione adiuncti falſi tutoris.*

18 *Conceſſio ad emphyteuſim facta vltra formam ſolitam rei Eccleſiaſticæ, vitiatur dũtaxat in eo quod formã ſolitã excedit.*

19 *Venditio irritatur quo ad res prohibitas vendi ſi plures vendantur quarum aliquæ vendi prohibentur.*

1 I in contractu Bullari extaret † pactum quod emptor cenſus pro retrouenditione facienda aliquid vltra pretium datum, & ratam annualitatum perciperet, vtrum contractus ſubiugatorius annulletur in totum, an dumtaxat quo ad pactum prædictum? Et videtur quod in totum vitietur. Primò quia ſi aliquid
2 inutile † interuenit contra naturam contractus annullat illum in totum, puta actus emancipationis,acceptilationis,& hæreditatis annullatur in totum, ſi interuenit dies, vel conditio.l.actus vbi Cagnol. nu.3.4. & 9. & 10. ff. de reg. iur. ſed pactum prædictum interuenit in contractu Bullari contra naturam ipſius,dum dicitur in noſtra Bulla Papæ Nicolai in fine *nihil vltra percipiatur ab emptore, vel exhibeatur à venditore*, ergo habebit vitiare
3 totum cõtractum ſubiugatorium Bullarem. Secundò quia † decretum iudicis interpoſitum plus debito, debet etiam pro quantitate debita nullum declarari Alex. in l.iuſtè nu.20 & 23.ff. de acquir. poſſeſſ.& in l.1.§. ſed ſi mihi nu.3. & 4. ff. de verb.oblig. eſt communis opinio quàm refert Franc. Curt in add. ad Alex. in dicto §.ſed & ſi mihi nu.5.Bart. in l.ſi non ſortem §.ſi centum nu.6. ff. de cond. indeb. qui ſecundum communem intellectum loquitur de decreto iudicis.Bal. in l.ſi certi conditio §.quoniam col.4. ff ſi cert.pet. qui refert ita Bart. de facto conſultum reſpondiſſe Fulgoſ conſ.137. Roman.conſ.454.nu.12. in fine Ruin. conſ.152.nu.5. vol.4. Cum.ſuper ritu c.91 nu.14. Soc. ſen. conſil.18.nu.11.lib.1. facit optime text. in l.1.§.hæc verba ff.ne vis fiat

4 fiat ei † secus verò esset in datione insolutũ per viam contractus, quæ vitiabitur tantum in quantitate non debita, falsa, seu simulata Rom. cons. 450 nu. 3. Tertiò quia si iudex qui habebat facultatẽ dumtaxat cognoscendi in certa summa iux §. iudicare &
5 § audiẽt in auth. de defens. ciuit. cognouerit † de maiori summa, & super ea protulerit sentẽtiam, sententia eius nõ valebit etiam quo ad summã super qua cognoscere poterat glo. fin. in l. fin. ff de iurisd. omn. iud. facit lex certa ratione C. quando prouoc. nõ est necesse Vant. in tract. null. tit. de null. ex defe. iurisd. ord nu. 35.
6 fol. 77. vbi non ineleganter limitat. Quartò quia † emphyteuta deficiens in solutione pensionis pro parte temporibus legitimis, & canonicis cadit nihilominus à iure suo in totum. Et non pro parte in qua cessauit. Ias. in l. 2. nu. 54. C. de iure emphyt. qui dicit hanc esse magis communem opinionem Sp.. tit. de emphyt.
7 q. 29. Oldr. cons. 29. Quinto quia compromissum † factum in liberum, & in seruum, non valet etiam in personam liberi ratione inutilis seruitutis adiectæ l. pædius. ff. de recept. arbitr. Bald. in l. certi conditio §. quoniam col. 4. vers quinto, quando sunt ff.
8 si cert. pet. Sexto quia si † fideiussor interuenerit pro maiore summa quam reus principalis vitiabitur obligatio ipsius fideiussoris etiam pro summa pro qua principalis fuerit obligatus l.
13 istæ Instit.de action. † Pro dominio verò seu proprietate competit rei vendicatio l.in rem in prin.l.si ager.& l. officium ff. de rei vend.Silua.cons.49.in princip.l.1.C.de alien. iud.mu. caus. facta Ruin cons.115.in fine vol.5.Soc.Iun.cons.48.in prin & cons.135. nu.17.vol.cap.examinata vbi Cano.extrà de iudic. Socc. Senior cons.89.col.5.vers.1.lib.1.Socc.Iun.cons.81.in prin.lib.1.Ex qui-
14 bus infero,quod † creditor nõ potest subiugare ad Bullarem cen-
15 sum res pignoratas. [b] quia etsi † possessionem earum rerũ ciui-
b lem, & naturalẽ habeat l.1.§. per seruum corporaliter, vbi Alex. & Docto.ff.de acquir.possess.l.qui pignoris ff. eo l. serui nomine ff.de vsucap.l. sciendum §. creditor ibi *tam etsi possessionem habeat* ff.qui satisd.cogan.vbi glo.l.per seruum qui pignori ff.de acquir. rer.dom.l.cum & sortis §.fin.ff.de pign. actio. Quod intelligimus
16 in pignore conuentionali † nòn autem in prætorio, quod vllo modo possidetur per creditorem.l.is cui in princ.ff.vt in possess. legat.l 3.§.fi.ff.de acquir.possess.l.si duo §.creditores ff.vti possid. gloss.in l.per seruum ff.de acquiren.rer.dom. glos. in l. cum nòtissimi §.sed cum illud C.de præscr.triginta vel quadraginta an-
17 no. † Dominium tamen dictarum rerum pignoratarum non habet.l.qui habebat in princip.ff.de legat.3.Petr. de Gregor. hic in

quin-

Digitized by Google

quinta quæst.princ. vers. secundo requiritur. Secundo infero ex
18 prædictis quod † res alien.non poterit subiugari [c] l.1. & per tot.
c C. si res alien.pign.data sit l.qui filios C.quæ res pignor.Rip.in l.
conuentio.ff.de pigno.nu.14.Petr.Nicol. Mozz. in tract. de contract. titul. de reb. quę pign. dari poss. num. 2. fol. 46. quamuis
19 † vendi possit l. rem alienam ff. de contrah. empt. Petr. Nicol.
Mozz. vbi supra nu.3. Negusa.de pignor.3.membro 2. par.num.
20 58.fol.18. † cuius diuersitatis ratio est illa, quia in pignore constituitur ius, seu quædam obligatio in re, quod in alieno fieri nō potest: sed in venditione ius, seu obligatio constituitur in personam venditoris,qui tenetur de euictione,& ad tradendum quandam possessionem asininam rei venditæ secundum glo.in d.l.rem alienam vbi Doct. magis cōmuniter, Ripam Petr. Nicol.Mozz.
21 & Negusa.vbi sup. Quæ si de facto † scienter fuerit subiugata tenebitur subiugans stellionatus crimine l tutor.§. 1. ff. de pignor. actio.l.1.in fine ff.eo.vbi gl.l.3.§.1.ff.de crim.stellio.l.si qui sin pignore §.sed & si quis rem alienam ff. de pigno. actio. Franc. Balduin. in tract. de pignor. cap. 12. Petr. Nicol. Mozz. vbi supra num.12.fol.47.

ANNOTATIONES.

a *Hanc opinionem quod proprietas proprie significet directum dominium præter adductos hic per Intrigl. firmant Alex. cons.83.nu. 2.vol.3. Ias.in l. traditionibus nu.10. C. de pact. Dec. in c.ceterum nu. 84.de iudic. Parpal. in l.si quis maior nu.50. & 56. C. de transact. late Valasc. de iur. emphyt. q. 13. nu. 6. & in terminis nostræ Bullæ Foller. super ead. Bulla in ver. huiusmodi censualia super rebus nu. 44.qui ex eo infert, quòd potest quis census constituere super bonis, in quibus habet tātummodo directum dominiū,id quod voluit etiam Felician.lib.2.de censib.c.4.nu.10.Milanen.decis.9.n.14.lib.2.*

b *Adde Milanens. d. decis.9. nu. 11.*

c *Adde ad id,quòd subiugatio fieri non possit super bonis alienis, Petr. de Greg. super Bull.& pragm. de censib. q.5.nu.7.& ibid.Ant. de Ball. sen. num. 12. Blasc. Lanc. num. 7. Feder. Campix. num. 4. Milanen.d.decis.9.n.12. Quod adeo verū est,vt etiamsi quis habeat vti possessionem, nisi etiam habeat vtile,vel directum dominium, non possit*

Digitized by Google

possit censum cōstituere, vt in Magna Curia iudicatum refert Iacob. Chircus ad d. pragm. de censib. nu. 35. cuius verba ad hanc rem pertinentia refert Milanen. d. decis. 9. nu. 13. Ex quo fit, quòd non potest vsufructuarius imponere census super proprietate, cuius nullum habet dominium, vt scribunt Petr. de Greg. d q. 5. nu. 7. Felician. de censib. lib. 2. c. 4. nu. 9. Quamuis bene possit imponere super ipso vsufructu, quo casu durabit census durante vsufructu, vt late concludunt Milanen. d. decis. 9. nu. 25. Felician. d. c. 4. nu. 4. Mastrill. decis. 92. Etsi autem extinguatur census, extincto vsufructu, tamen in prima instantia, stante priuilegio Regiæ Pragmatiæ, ante factam solutionem hæc exceptio non admittitur, cum sit exceptio resolutionis dominij, vt inquit Mastrill. d decis. 92. nu. 15. & 16. & ante eum probauit Milanen. d decis. 9. nu. 42. Quod tamen mihi non satis placet. Quia, licet verissimum sit quando census est impositus ab emphyteuta, vel ab hærede super bonis fideicōmisso subiectis, aut etiam ab eo qui emit sub pacto de retrouendendo, non admitti exceptionem resolutionis dominij, vt tradunt Petr de Greg. super d. Bull. & prag. de censib. q. 5. nu. 10. & q. 6. nu. 35. & 36. Intrigl. supra q. 29. nu. 2. Milanens. decis. 1. nu. 143. & decis. 17. nu. 21. lib. 2. Mastrill. decis. 47. nu. 6. & decis. 64. nu. 12. illud tamen est, quoniam emphyteuta hæres, aut is qui emit sub pacto de retrouendendo, dum sunt in possessione, habent etiam dominium, ideoq. censum constituunt super ipsa re. vnde cum census per eos constituti semel affecerint rem ipsam non ita de facili extinguuntur; sed opus est aliqua discussione, vt declaretur eos amplius non afficere. Quod secus est in vsufructuario, qui cum non sit dominus rei, non potest aliquo modo census imponere super ipsa re; sed tantum super vsufructu, vt declarat Felician. d. c. 4. nu. 9 in fin. Accedit, quòd quando proprietarius, extincto vsufructu, obijcit subiugatario huiusmodi exceptionē, quòd census sit extinctus, non videtur propriè opponere exceptionem resolutionis dominij cum nullum vnquam fuerit dominium penes vsufructuarium. priuatio enim præsupponit habitum l decē vbi late per scriben. ff. de ver. oblig. Sed, vt eo redeamus vnde degressi sumus, quod in principio dictum est, non posse fieri subiugationem super bonis alienis, est planè intelligendum, nisi dominus consentiat, vt scribunt Nauarr. de vsur. nu. 131. vers. quintum, quod quis potest vendere Molin. de contract. disp. 394. nu. 9. & alij quos refert, ac sequitur Mastrill. in additt. ad Greg. d. q 5. nu. 103.

Marcell. Conuersanus I. C.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO XXXV.

Vtrum census Bullaris constitui debeat super certa re, an verò sufficiat constitui super omnibus rebus generaliter?

SVMMARIVM.

1 *Census an constitui debeat super certa re, vel sufficiat super omnibus rebus generaliter. & nu. 2.*
3 *Cautela optima pro subiugatarijs.*
4 *Doctoris opinio est probabilis non necessaria.*
5 *Discussio potest opponi per tertium possessorem bonorum generaliter obligatorum.*
6 *Generalis subiugatio quando dicatur.*
7 *Generali in subiugatione veniunt bona futura, etiam quod non fuerit expressum, & fuerit adiectum constitutum, vel pronomen sua.*
8 *Argumentum à contrario sensu est validum in statutis quando non tendit contra ius commune.*
9 *Specialis subiugatio quibus modis dicatur.*
10 *Indiuidualis subiugatio, qualiter dicatur.*
11 *Verbum* specialiter *in nostra Pragmatica adiectum non ponitur pro forma, sed causa demonstrationis.*
12 *Census debet constitui super re immobili, vel quæ pro immobili habetur, fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit. secundum Bullam Papæ Pij Quinti de Censibus.*

1 VTrum sit necesse quod † Cēsus Bullaris cōstituatur super certa re, an vero sufficiat super omnibus rebus generaliter? & videtur quod sit necesse cōstitui super certa re. Primò per doctrinā Bened. Bon. lib. 1. de cens. art. 6. n. 19. fol. mihi 24. Cassan. super cōsuet. Burgun. tit. des censes rubr. 11 §. 6. in tex. ibi *de alcune cose*. Secundò. Per tex. in extrauag. prima de empt. & vend. ibi *bonis in ipso contractu tunc expressis*. Tertiò. Per text. nostrę Prag. ibi *super quibus cēsualia ipsa fuerint specialiter onerata*.
2 Contrariam opinionem iudicamus veriorem † vt sufficiat censum Bullarem constitui super omnibus bonis generaliter sine ex-
a pressione certi corporis a: quam tenet hic Petr. de Greg. in 4 q. princ. vers. tertio requiritur, qui allegat Laurent. de Rodul. in

Digitized by Google

3 cap.consuluit quæst.13.nu.47 extrà de vsur.& dat cautelam † vt quando contingerit census constitui super certo corpore, subdatur clausula generalis,ac etiam super omnibus bonis stabilibus, burgensaticis, seu feudalibus ne fortè fructus, seu redditus corporis expressi non sufficiant ad integram summam, annualitatum quolibet anno, & consequenter talis contractus iudicetur
b illicitus,& vsurarius,[b] quia vēditio excederet decimam partem fructuum, seu redituum prouenientium ex illo corpore specialiter dumtaxat subiugato, & expresso, secundum Laurent. de Rodulph. vbi supra quæstio. 12. par.1. Guid. Papam in tract. de contract.illicit.col.6.& sequen. vers. quid si vendidi. Nostramq; principalem conclusionem firmat etiam Folle. hic tit.huiusmodi censualia super rebus n.48.fol.169.Henric.de Med.Iacob. Rub. Petr.Rizz.Ioan.Philipp.de Pater.Blasc.Lanc.Patruus meus,Ramund.Ramun.Anton.de Inguan.& communiter scrib.estquè pro ea text.apertissimus nostræ Bullæ, ibi *super domibus, possessionibus, & proprietatibus specialiter, vel etiam generaliter super omnibus bonis*. Non obstant incontrarium adducta. Quia ad primum respondetur, quod opinio Bonij Cassanei, & sequacium
4 † sicut, & alterius cuiuslibet doctoris, est probabilis, non necessaria, maximè quando legibus non est suffulta. Bartol.in l.1. nu. 20 vbi Iason.nu.28 & Cagnol.sub nu.55.57.& 154.& Dec. num. 25.ff.si certum petat.gloss.in l.si de interpretatione ff. de ll.gloss. circa finem l.1.C.de legibus,quæ allegat l primam C.de profess. qui in vrbe Constan.lib.12.cap.ego solis 9. distinct. Archid. 10. quæst. 3. cap. nolite. Secundo non obstat text. in extrauag. 1.de emptio. & vendit. quia venit correctus per nostram Bullam ibi *vel etiam generaliter super omnibus bonis &c.* l. non est nouum l. sed & posteriores ff. de ll. non obstat vltimo text.nostræ Pragmaticæ ibi *spetialiter* ad quem tripliciter respondetur. Primo quia ibi Rex Alphonsus non infert necessitatem imponendi census super certis prædijs, sed dicit quod tertius possessor bonorum iurium, & rerum super quibus censualia ipsa fuerint specialiter onerata non possit conuentus opponere exceptionem discussio-
5 nis † quasi à contrario sensu, (quod est validissimum argumentum vt statim infra) sentiret quod posset opponere discussionis exceptionem, si fuerit possessor bonorum super quibus generaliter fuerit impositus census, Foller. hic tit. tamquam res iud.

nu.23.

Digitized by Google

6 nu.23.& 32.† Bona autem generaliter subiugata intelliguntur, quando in contractu fuerit dictum omnia bona secundum Petr. de Gregor. hic in 6 quæst.pri.vers.tertio aduertendum est,quod licet,Ioa.Phil.de Pater.vers.Imò etiam plus dici potest.Henr.de Med. vers. detentorum Aloys. de Sept. vers. pondero hic Petr. Nicol. Mozz. in tract. de contr. tit.de pign nu.11.fol.44.l fin.in fine C.quæ res pign.obli.poss.l.& quæ nondum §.1.ibi *cætera bona*
7 ff.de pignor.gloss.2.in l.1.in princ.ff.de pignor.† in qua generali
c subiugatione ueniunt bona futura[c] etiam quod non fuerit hoc expressum, & quod fuerit additum pronomen sua, & quod fuerit adiectum constitutum.Ari Pinell.in rubr.C.de bon.mat. num.7. par. 1.Pet. Nicol. Mozz. vbi supra qui refert magis communem opinionem nu.11.Negus.de pignor.par.2.memb.2.n.3.vbi etiam dicit magis communem Bart communiter approbatus in l. 1. in princ. ff. de pignor. Socc. & Ias. in l. 3. § etenim incertam ff.de
8 acqui.poss.Et† argumentum à contrario sensu est validum etiam in statutis Mara.in 2.disp.nu.36.Bald. in l. apud antiquos C. de furt.& in l.2.C.de condit.infer.Cagno.in l.1. num.131.ff.de officio eius cui.vbi allegat communem opinionem ex mente Alex.Decij Iaso.Curtij,Croti, Bart.Fæli.& aliorum. Quando dictus contrarius intellectus non tenderet contra ius commune secundum prædictos,vt in casu nostro verificatur,vbi non solum non tendit contra ius commune, verum etiam esset iuri communi conformis, vt apparet, per auth. hoc si debitor C. de pignor. & in corpore vndè sumitur. Negusan. de pignor. parte 8. meb. 1. num. 11. Auall. cons. 85.num. 12. vol. 2. & cons. 79. num. 1. & 2. vol. 1.Alex.cons.51.nu.7.vers.& si heredes vol.5.& cons.83.nu.2.vol.
9 6.Secundo modo resp.quod specialis subiugatio † dicitur altero
d de istis modis.[d] Primo,quando in contractu subiugatorio fuerit dictum omnia bona sua mobilia, & stabilia, secundum Petr. de Greg. vbi supra, & communiter scribentes, vel præsentia tantum ad differentiam futurorum,secundum text. in l.& quæ nondum §.1.iuncta gloss in ver.specialiter ff.de pig. facit quod notat Bartol in l.1.in fine ff si quis in ius voc.non ierit.idem Bart. in l. fin nu.4.& 5.C.si contra ius vel vtil. publ.idem Bartolus in l.generaliter nu 2.C.de non numer pecun.vel omnia, & singula bona secundum Petr.de Greg.vbi supra allegantem Ang. de malef. tit.super quibus omn.& sing.vbi August.in addit.Bal.in l.2.C.de

Digitized by Google

prob. col. 2. cum concord. etsi non desint qui teneant hoc in vltimo casu dici indiuidualem subiugationem, vt Oldrad. cons. 300. col. 3. vers. & est attendendum Socc. sen. cons. 300. nu. 2. vers. secundo confirmatur vol. 2. glo. & Doct. in verbo omnia & singula
10 cap. vt circa de elect. lib. 6. At quando † certum corpus subiugatur nominatim & expressè indiuidualis subiugatio dicitur secundum Petr. de Greg. vbi supra & Bar. in d. l. generaliter nu. 2. & magis communiter scribentes hic vndè quatenus nostra Prag. vtitur verbo *specialiter* non arctat, vt res subiugentur indiuidualiter, & consequenter, vt census constituatur super certo corpore, sed sufficit, vt subiugentur altero de modis predictis vel
11 similibus. Tertio modo resp. quod illud † verbum *specialiter* quo Pragmatica vtitur, siue exponatur indiuidualiter siue prout sonat, & sic altero de modis prædictis, non ponitur pro forma, vt possit dici quod de substantia Bullæ census debeat constitui super certo corpore, vel altero de modis supra expressis, vt si alias imponatur generaliter super omnibus rebus census impositus non habeat eius priuilegia, sed ponitur causa demostrationis, & & ad finem demostrandi, & probandi ipsam subiugationem & & quod res subiugata taliter demostretur quod non possit in dubium reuocari, an sit subiugata nec ne l. 1. & 2. & vbi Alex. Bart. & alij ff. de lib. & posth. Quod in dubio semper præsumitur demostrationis causa quando Prag. non apponit clausulam annullatiuam in casu contrauentionis Alex. in d. l. 1. vbi supra n. 5. Cast. Imo. Ange. Bal. & cõmuniter scrib. ibi. Nostraq. principalis conclusio procedit absque scrupulo attenta Bulla Pontificis Romani Nicolai, huius nominis V. Quod secus esset ex Bulla Papæ Pij V. de cens. data Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo quinquagesimo ottauo, decimo quarto Calendas Februarij Pontificatus eiusdem anno quarto, & hoc in Regno exequuta die vigesimo octauo Aprilis duodecimæ Inditionis millesimo quinquagesimo sessagesimo nono, vbi
12 in eius principio statuitur, vt † census constituatur super re immobili vel quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit.

ANNO-

ANNOTATIONES.

a *Eandem opinionem, quòd possit imponi census generaliter super omnibus bonis, non expressa certa re, probant Conrad. de contract. quæst. 83. conclus. 13. Valasc. de iure emphy. quæst. 32. num. 11. Milanens. decis. 1. num. 91. lib. 2. vbi dicit in hoc concordare omnes Doctores regni. Quæ tamen opinio hodie non procedit: non solum ex Bulla Pij V. cuius meminit Intrigliol. in fine huius quæst. sed etiam ex Bulla Gregor. XIII. data Romæ die 7. Ianuarij 1574. & in Regno exequuta die 20. Februarij eiusdem anni, per quam, licet dispositum sit, vt in Regno seruetur Bulla Nicolai V. additur tamen hoc, vt census per prius imponi debeat super certis rebus, & deinde fieri possit generalis bonorum obligatio, cuius Bullæ verba sunt hæc,* illud addentes, vt in censuum emptione, & venditione prius vnius, vel plurium rerum certarum, super qua, vel quibus census ipse constituatur expresse, & deinde, si voluerint, omnium bonorum in genere mentio fiat.

b *Adde ad id, quòd contractus censualis sit illicitus, si constituatur super re infructifera, quæ scilicet, vel nullos faciat fructus, vel tam modicos, vt minime sufficiant ad censum, Iacob. Chiro. super Bulla, & Pragm. de censib. num. 24. Cannet. in c. regni volentes §. successiue num. 11. fol. 164. Menoch. consil. 145. num. 12. Milanens. decis. 1. nu. 70. lib. 2. Burg. de Laudim. p. 2. insp. 20. num. 35. Ioan. Franc. Leon. in prax. Archiep. c. 30. num. 59. & alios, quos latissime congerit Mastrill. in addit. ad Petr. de Gregor. de censib. q. 5. num. 167. quorum tamen plerique loquuntur, stante Bulla Pij V. quæ aperte requirit, vt census constituatur super re fructifera. Ne autem possit census inualidari hoc prætextu, quòd res, super qua est impositus non producit fructus sufficientes, cautelam ponit Laurent. de Rodulf. quem post Petr. de Gregor. refert Intrigliol. hic, vt post certa res obligationem obligentur generaliter omnia bona, quæ cautela probari etiam videtur a Farinac. decis. 10. nu. 18. lib. 1. Eratq; vtilis ante Bullas Pij V. & Gregor. XIII. de quibus statim diximus, modo alia bona generaliter obligata essent sufficientia; Ceterum post dictas Bullas est omnino vana. Nam, si respicias ad Bullam Pij V. ea vult, vt census imponatur tantum super certa re certis finibus limitata, nec admittit, quod possint generaliter obligari alia bona, vt tradit Nauar.*

de vsur.

Digitized by Google

de vsur. num.86. Molin. de contrac disp.389.num.5. Farin. d. decis. 10. num. 18. etsi contrarium scribat Felician. de censib. lib. 1. cap.8.nu.10.in fine. Quòd, si respicias ad Bullam Greg XIII. licet ea nõ probibeat generalem bonorum obligationem, cum tamen velit, vt census in primis constituatur super rebus certis, videtur esse de eius mente, vt hæ certæ res sint tales, ex quibus percipiantur fructus, sufficientes ad ipsum censum. Neq; enim alia ratione credendum est voluisse S. Pontif. vt census expresse imponatur super bonis certis, nisi, vt ex eis facile possit apparere, an ve vera is, qui subiugat babeat bona, quorum fructus sufficiant ad censum: essetq; satis vanum requirere, quòd in subiugatione exprimatur certa res, si deinde sufficeret exprimi rem aliquam inutilem, ac modici valoris, cuius fructus nullo modo sufficiant ad censum.

c *Vide latè Milanens. decis. 1. num. 98. cum multis seqq lib. 2.*

d *Qualiter accipiatur verbum* specialiter *adiectum in pragmat. de censib. vide late Milanẽs. d. decis. 1. n. 55. et seqq. Intrigl. inf. q. 38. n. 6.*

Marcell. Conuersanus I.C.

QVÆSTIO XXXVI.

Vtrum census possit constitui super censu.

SVMMARIVM.

1 *Census vtrum possit constitui super censu.*
2 *Census annui habentur pro re immobili.*
3 *Census vniuersitatis venduntur cum eadem solemnitate qua vendi debent res immobiles.*
4 *Feudum iure optimo consistere potest in annuo censu.*
5 *Possessorium remedium ita competit pro censu annuali sicut pro re immobili.*
6 *Ordo seruandus in exequutione sententiæ, quo ad bona immobilia erit quoque seruandus quo ad annuos census.*
7 *Exequutio pro censu competit etiam contra detemptores iurium censualium, seu bonorum super quibus iura ipsa censualia subiugata fuerint imposita.*
8 *Seruitus seruitutis esse non potest.*

Vtrum

Digitized by Google

1  Trum census possit constitui super censu, & conclu-
a dimus quod sic per text. nostræ Bullæ Papæ Nicolai ibi *census, & omnia & singula* & per text. Bullæ Papæ Pij Quinti de cens. quæ dicit, quod census debet constitui super re immobili, vel quæ pro immobili habeatur, &
2 † census habetur pro re immobili, vt est text. in clem. exiui §. cumque annui redditus de verbor. sign. gloss. in verbo redditus §. si vero *il* 2. in auth. vt qui obligat se haber. perhib. res min. §. hæc ergo nos ibi *aut ciuiles annonas, nam & hæc inter immobilia* in auth. de non alien. aut perm. l. iubemus nulli in prin. vbi glo. in verbo annonas C. de sacr. sanct. eccl. l. hac edictali §. his illud ibi *immobilium rerum, & annonarum quoque ciuilium* vbi glo. & Doct. C. de secund. nupt. cap. 1. §. sciendum vbi Bal. in princ. de feud. cognit. Bal. in cap. 1. in verbo annua de contr. inter episc. & vass. & in prælud. feud. nu. 20. Alex. in l. sciendum in prin. nu. 10.
3 ff. qui satisdare cogan. Hinc est, quod sollemnitas † quæ requiritur in venditione rerum immobilium vniuersitatis eadem est ne-
b cessaria in venditione census annualis [b] Bar. in l. fin. n. 1. vbi Ioan. de Plat. C. de vende. reb. ciu. lib. 11. Tiraq. de retr. sang. §. 1. glo. 6.
4 n. 6. post princip. f. 64. Et † feudum, quod debet consistere in rebus
c immobilibus iure proprio in annuo censu consistere potest [c] dicto cap. 1. §. sciendum vbi Bald. de feudi cognit. Curt. in tract. feud. par. 1. quæst. 6. vers. circa vero quartum dicto cap. 1. de controuers. inter Episc. & vassa. vbi etiam Bal. Ioseph Cum. in prælu. feud. nu. 121. fol. 26. Petr. de Gregor. in tract. concess. feud. part. 2. quæst. 6. Tiraq. de retr. lig. §. 1. glo. 6. n. 6. fol. 64. qui limitat tri-
5 bus modis. Et possessorium remedium ita competit pro censu
d annuali, sicut pro rebus immobilibus [d] Cur. in tract. feu. quæst. 6. par. 1. Cum. in prælud. feud. nu. 127. qui allegat communem opinionẽ. Bal. in dicta l. iubemus nulli in prin. C. de sacrosanct. eccl. & in l. hac edictali §. his illud C. de secun. nup. Crauett. cons. 140. nu. 1. vers. simile videmus vol. 1. Abb. in cap. olim *il* 3. num. 4. de rest. spoliat. est text. in cap. quærelam vbi Innoc. extra de elect. Io. And. in cap. peruenit de cens. Abbas cons. 23. vol. 2. Tiraq. de constituto par. 3. limit. 1. nu. 10. glo. tex. & Io. And. in cap. cum ecclesia de causa possess. & propriet. Affl. in const. circa violentia-
6 rum nu. 50. rub. 25. contra quem de rest. agatur Et † ordo seruandus in exequutione sententiæ quo ad bona immobilia erit pari

formiter

Digitized by Google

e formiter obseruãdus quo ad census annuales [e] Bal.in l. etiam nu. 13 & 14.C.de exequut.rei iud.Ias.in l. à Diuo pio §. sic quoque nu. 1.vbi Alex.ff.de re iud. Et sicut procedit exequutio contra detemptores rerum super quibus census fuerit impositus, ita etiam
7 † contra detemptores iurium istorum censualium seu bonorum
f super quibus iura ipsa cẽsualia subiugata fuerint imposita [f] per text.nostræ Pragmaticę ibi *singularium detentorũ rerum, iurium, vel bonorum, &c.* Quicquid dicat Aloys.de Septimo hic vers.aut
8 alterius cuiusuis exceptionis ibi tertio dico, motus quia † seruitus seruitutis esse non potest l. 1.ff. de vsufr. lega. & subiugatio alterius subiugationis videtur quædam seruitus seruitutis allegat Bar.in l.vt pomum ff.de seruit.tit.generali.

ANNOTATIONES.

a *Eandem conclusionem, quòd census constitui possit super censu firmant Foller.de censib.in verb.huiusmodi censualia num. 49. Rodoan.de reb.ecclesi.non alien.rub.16.nu.55.Nauarr.de vsur.nu.87. Milanens.decis.10 nu.4.& seqq.lib.2.Caroc.decis. 103. Molin. de contract. disput. 389. num.3. versic.vtrum autem Felician. de censib lib.2.cap.3.nu.32. Anton. de Ball.ad pragm.de censib.quæst. 28. nu.3.fol.308.*

b *Adde Mynsig.sing.obser.cent.1.obser.69.num. 4. Corbul. de iure emphyt.tit.de causa priuat. ob non solut.can. ampl.49.nu.4. Burg. de laudim.p 1. insp.20.nu.4. Surd. decis.204. num.3. Qui idem affirmant quando census venditur ab ecclesia, vel minore, vt interuenire etiam debeant sollemnitates requisitæ in alienatione bonorum immobilium id quod voluerunt quoq; Andr. Gail. obser. cam. imperial.lib.2.obser.10.nu.4.Paul.Montan.de tutel.c 33.nu. 124. Felician.de censib.lib.2.c 3.num.34. Roderic. de ann. redit.lib.1. quæst. 14. num. 2.*

c *Adde Foller.de censib.in verb.huiusmodi censualia nu. 30. Minsyn. d.obser.69 nu.6.Mozz.de feud.tit.de his quæ in feud.dari poss. nu.7 Milanens.decis.10.nu.13. lib.3. late Camill. de curte de feud. p.1.§.redeundo igitur nu.1.& seqq.f.23.Surd.d.decis.204. num.3. Schrader.de feud.par 3.c.3.*

d *Vide late Menoch.de recuper.possess.remed.1.num.87.& 88.*

Adde

Digitized by Google

e Adde Foller. in d. ver. huiusmodi censualia nu. 20. Mynsing. d. obseru. 69. num. 5.

f Vt vides, sub quodam verborum inuolucro firmat hic Intrigliol. eum, qui habet subiugationem super censu posse agere via executiua ex priuilegio Regiæ pragmaticæ, non solum contra tertium detentorem ipsius census, sed etiam contra tertium detentorem, ac possessorem bonorum obligatorũ censui subiugato. quam opinionem late probant Addent. ad Petr. de Greg. de Censib. q. 5. nu. 153. vbi referunt pluries secundum eam iudicatũ tam in Magna Curia, quam in Trib. Sancti Officij. Contrarium tamen, quod immo non possit agi via executiua contra tertium detentorem bonorum obligatorum censui subiugato, scribunt Aloys. de Septim. super Bull. & Pragm. de censib. nu. 106. & ibid. Anton. de Ball. Iun. q. 28. nu. 4. vbi reprobat Intrigl. hic Milanens. decis. 10. nu. 14. & 15 lib. 2. Quæ opinio videtur mihi longe verior, ac sustentabilior per tex. expressum ipsius pragmaticæ de censibus, quæ ita demum concedit posse agi via executiua contra tertios detentores, si detineant bona super quibus census fuerit specialiter impositus, sic enim habet contra personas, & bona quorumcunque singularium detentorum rerum, iurium, vel bonorum, super quibus censualia ipsa fuerint specialiter onerata. At is, qui possidet bona obligata censui subiugato respectu eius, qui habet subiugationẽ super censu nullo modo dici potest possidere bona specialiter subiugata, & ideo nescio quomodo dici valeat posse aduersus eũ agi ex priuilegio Regiæ Pragmaticæ, videturq. mihi hæc res tam clara, vt mirandum profecto sit esse, qui scribant contrarium, & magis quòd mouantur ex verbis pragm. quæ statim retulimus. Nec obstat ratio, quam considerãt Addentes ad Greg. loco citato, quòd is, qui habet censum super censu possit agere contra debitorem census subiugati vtilibus actionibus tanquã contra debitorẽ debitoris iuxta l. nomen cum ibi notat C. qui pot. in pign. habeantur, Nam licet possit contra eum agere remedijs iuris cõmunis tanquam contra debitorem debitoris in casibus, in quibus à iure permittitur agere cõtra debitorẽ debitoris, non tamen propterea sequitur, quod indistincte possit agere via exequutiua ex dispositione Regiæ Pragmaticæ, quæ loquitur tantum contra detinentes res specialiter subiugatas, & cum sit contra ius commune est stricte intelligenda, nec patitur extensionem de casu ad casum. Rursus non obstat quod referant ijdem Addent. secundum eorum opinionem fuisse in pluribus casibus iudicatum per Magnam

O Cu-

Digitized by Google

Curiam, & Trib S. Officij. Nam in casibus per eos relatis forte per venditores census fuerat facta cessio contra detentores bonorum obligatorum censui subiugato vigore illius clausulæ cedens, &c. *quæ in regno passim solet apponi in omnibus contractibus subiugatorijs de stylo notariorum Quòd, si ostendi possit, etiam non existente huiusmodi clausula, fuisse iudicatum secundum eorum opinionem, quod vix est vt credam, illud obijciam non exemplis, sed legibus iudicandum. vulg. l. nemo C. de sentent. & interloc. omn. iudic.*

Marcell. Conuersanus I.C.

QVÆSTIO XXXVII.

Vtrum census fuerit iure constitutus non relatus ad rem constituentis?

SVMMARIVM.

1 *Census vtrum iure constituatur non relatus ad rem constituentis. & num. 6.*
2 *Pignori incumbere tutius est quam in personam agere.*
3 *Actio personalis contra singularem successorem non datur.*
4 *Actio realis competit contra quemlibet successorem.*
5 *Argumentum de persona ad rem, & èconuerso est potens.*
7 *Census costitui debet relatus ad rem immobilem, vel quæ pro immobili habetur.*

1 VTrum census fuerit iure constitutus non relatus ad
2 rem constituentis, puta quia fuerit dictũ in contractu, me obligo soluere vncias tres quolibet anno Sempronio quia ab eo vncias triginta recepi. Et videtur quod sic. Primo quia datur facultas per Bullam Papæ Nicolai obligandi pro censu imponendo personas, vt apparet ex eius lectura ibi *ac cum potestate vendentes personas, &c.* vndè iure videtur constitutus cen-
2 sus super persona non relatus ad rem. Et si melius sit & tutius pignori incumbere, quam in personam agere l. plus cautionis ff. de reg. iuris §. furti insti. de obliga. quæ ex delicto nasc l. itaque §. fin.

3 §. fin. vbi glo. in verbo vbiq; ff. de furt. Quia † actio personalis contra singularem successorem non datur l. 1. §. si hæres percepto fundo ff. ad Trebell. l. fin. §. fin. ff. de contrah empt. l. cum fundo vbi Bald. ff. de seruit. rust. præd. l. cum cui C. de actio. & obligatio. l. cogi. §. inde quæritur ff ad Trebellianum l. fin C. de hæred. action. gloss in l. 2. C de rescinden. vend Soc. reg. 276. Duenn. reg. 8. Petr. Nicol. Mozz. in tract. de contract. tit. de emp. & vendi. nu. 15. vbi allegat communem opinionem fol. 85. Affl decis. 95. nu. 6.
4 Tiraq. de retr lign. § 8 gloss. 5. nu 6. † secus vero in reali actione l. si fundus §. in vendicatione & l. pignoris ff de pignor. & l. pignoris C. eo. Dec. in l. plus cautionis ff de reg iur. Negusan. de pi-
5 gn. part. 2. memb. 3. nu 32. fol. 16. Secundo quia † potentissimum est argumentum de persona ad rem, & è. conuerso in l. miles ita ff de milit. testame. l si quis inquilinos §. si ita legatum ff. de leg. 1. Bertac. in repert. in verbo. argumentum nu. 40. vers. 3. l qui plures liberos ff. de vulg. & pupil. subst. l. si duo rei vbi Alber. nu. 5. ff. de ver. obligat. Ang. cons 261. sub nu. 2. Fulgo. consil. 47. col. 2. Tiraq. de retr. sanguin. in fine nu. 63. fol. 775. Vnde sicut iure imponitur census relatus ad rem ita videtur si ad personam referatur.
6 † Contrarium in themate proposito verius esse arbitror maximè ex dispositione Bullæ Papæ Pij Quinti de censibus datæ Romæ 1568. & hoc in Regno exequutæ 1569. Quæ vult expresè in
7 eius princip vt † census constitui debeat relatus ad rem immobilem vel quæ pro immobili habeatur, hocq. etiam firmat Foll. in verb. huiusmodi censualia num. 50 & communiter scrib. hic. Laur. de Rodul. in cap. consuluit quæst. 12. nu. 46 extrà de vsur. Couarr. libr. 3. variar. resolut. cap. 7. num. 5. vers. est igitur vbi refert communem opinionem. Quidquid ipse teneat à communi discedendo.

ANNOTATIONES.

a *Ad hanc quæstionem, an census constitui possit super sola obligatione personali, nulla facta bonorum mentione, vide Nauarr. de vsur. nu. 75. Sot de iust. & iur lib. 6 q. 5 art. 1. Decian cons. 2. nu 73 & num 141 lib. 2. Valasc. de iure emphyt. q. 32 nu. 10. Brunor a Sole quæst. 4. Milanens. decis. 2. num. 108. & num. 179. lib. 2. Michael.*

e formiter obseruãdus quo ad census annuales [e] Bal. in l. etiam nu. 13 & 14. C. de exequut. rei iud. Iaſ. in l. à Diuo pio §. sic quoque nu. 1. vbi Alex. ff. de re iud. Et sicut procedit exequutio contra detemptores rerum super quibus census fuerit impositus, ita etiam
7 † contra detemptores iurium istorum censualium seu bonorum
f super quibus iura ipsa cẽsualia subiugata fuerint imposita [f] per text. nostræ Pragmaticę ibi *singularium detentorũ rerum, iurium, vel bonorum, &c.* Quicquid dicat Aloys. de Septimo hic vers. aut
8 alterius cuiusuis exceptionis ibi tertio dico, motus quia † seruitus seruitutis esse non potest l. 1. ff. de vsufr. lega. & subiugatio alterius subiugationis videtur quædam seruitus seruitutis allegat Bar. in l. vt pomum ff. de seruit. tit. generali.

ANNOTATIONES.

a *Eandem conclusionem, quòd census constitui possit super censu firmant Foller. de censib. in verb. huiusmodi censualia num. 49. Rodoan. de reb. eccles. non alien. rub. 16. nu. 55. Nauarr. de vsur. nu. 87. Milanens. decis. 10 nu. 4. & seqq. lib. 2. Caroc. decis. 103. Molin. de contract. disput. 389. num. 3. versic. vtrum autem Felician. de censib lib. 2. cap. 3. nu. 32. Anton. de Ball. ad pragm. de censib. quæst. 28. nu. 3. fol. 308.*

b *Adde Mynsig. sing. obser. cent. 1. obser. 69. num. 4. Corbul. de iure emphyt. tit. de causa priuat. ob non solut. can. ampl. 49. nu. 4. Burg. de laudim. p 1. insp. 20. nu. 4. Surd. decis. 204. num. 3. Qui idem affirmant quando census venditur ab ecclesia, vel minore, vt interuenire etiam debeant sollemnitates requisitæ in alienatione bonorum immobilium id quod voluerunt quoq; Andr. Gail. obser. cam. imperial. lib. 2. obser. 10. nu. 4. Paul. Montan. de tutel. c 33. nu. 124. Felician. de censib. lib. 2. c 3. num. 34. Roderic. de ann. redit. lib. 1. quæst. 14. num. 2.*

c *Adde Foller. de censib. in verb. huiusmodi censualia nu. 30. Minsyn. d. obser. 69 nu. 6. Mozz. de feud. tit. de his quæ in feud. dari poss. nu. 7 Milanens. decis. 10. nu. 13. lib. 3. late Camill. de curte de feud. p. 1. §. redeundo igitur nu. 1. & seqq. f. 23. Surd. d. decis. 204. num. 3. Schrader. de feud. par 3. c. 3.*

d *Vide late Menoch. de recuper. possess. remed. 1. num. 87. & 88.*

Adde

Digitized by Google

e *Adde Foller. in d. ver. huiusmodi censualia nu. 20. Mynsing. d. obseru. 69. num. 5.*

f *Vt vides, sub quodam verborum inuolucro firmat hic Intrigliol. eum, qui habet subiugationem super censu posse agere via executiua ex priuilegio Regiæ pragmaticæ, non solum contra tertium detentorem ipsius census, sed etiam contra tertium detentorem, ac possessorem bonorum obligatorũ censui subiugato. quam opinionem late probant Addent. ad Petr. de Greg. de Censib. q. 5. nu. 153. vbi referunt pluries secundum eam iudicatũ tam in Magna Curia, quam in Trib. Sancti Officij. Contrarium tamen, quod immo non possit agi via executiua contra tertium detentorem bonorum obligatorum censui subiugato, scribunt Aloys. de Septim. super Bull. & Pragm. de censib. nu. 106. & ibid. Anton. de Ball. Iun. q. 28. nu. 4. vbi reprobat Intrigl. hic Milanens. decis. 10. nu. 14. & 15 lib. 2. Quæ opinio videtur mihi longe verior, ac substentabilior per tex. expressum ipsius pragmaticæ de censibus, quæ ita demum concedit posse agi via executiua contra tertios detentores, si detineant bona super quibus census fuerit specialiter impositus, sic enim habet* contra personas, & bona quorumcunque singularium detentorum rerum, iurium, vel bonorum, super quibus censualia ipsa fuerint specialiter onerata. *At is, qui possidet bona obligata censui subiugato respectu eius, qui habet subiugationẽ super censu nullo modo dici potest possidere bona specialiter subiugata, & ideo nescio quomodo dici valeat posse aduersus eũ agi ex priuilegio Regiæ Pragmaticæ, videturq. mihi hæc res tam clara, vt mirandum profecto sit esse, qui scribant contrarium, & magis quòd moueantur ex verbis pragm. quæ statim retulimus. Nec obstat ratio, quam considerãt Addentes ad Greg. loco citato, quòd is, qui habet censum super censu possit agere contra debitorem census subiugati vtilibus actionibus tanquã contra debitorẽ debitoris iuxta l. nomen cum ibi notat C. qui pot. in pign. habeantur, Nam licet possit contra eum agere remedijs iuris cõmunis tanquam contra debitorem debitoris in casibus, in quibus à iure permittitur agere cõtra debitorẽ debitoris, non tamen propterea sequitur, quod indistincte possit agere via exequutiua ex dispositione Regiæ Pragmaticæ, quæ loquitur tantum contra detinentes res specialiter subiugatas, & cum sit contra ius commune est stricte intelligenda, nec patitur extensionem de casu ad casum. Rursus non obstat quod referant ijdem Addent. secundum eorum opinionem fuisse in pluribus casibus iudicatum per Magnam*

O Cu-

Digitized by Google

Curiam, & Trib S. Officij. Nam in casibus per eos relatis forte per venditores census fuerat facta cessio contra detentores bonorum obligatorum censui subiugato vigore illius clausulæ cedens, &c. *quæ in regno passim solet apponi in omnibus contractibus subiugatorijs de stylo notariorum Quòd, si ostendi possit, etiam non existente huiusmodi clausula, fuisse iudicatum secundum eorum opinionem, quod vix est vt credam, illud obijciam non exemplis, sed legibus iudicandum vulg. l.nemo C. de sentent. & interloc. omn. iudic.*

Marcell. Conuersanus I.C.

QVÆSTIO XXXVII.

Vtrum census fuerit iure constitutus non relatus ad rem constituentis?

SVMMARIVM.

1 *Census vtrum iure constituatur non relatus ad rem constituentis. & num. 6.*
2 *Pignori incumbere tutius est quam in personam agere.*
3 *Actio personalis contra singularem successorem non datur.*
4 *Actio realis competit contra quemlibet successorem.*
5 *Argumentum de persona ad rem, & èconuerso est potens.*
7 *Census costitui debet relatus ad rem immobilem, vel quæ pro immobili habetur.*

1 VTrum census fuerit iure constitutus non relatus ad rem constituentis, puta quia fuerit dictũ in contractu, me obligo soluere vntias tres quolibet anno Sempronio quia ab eo vntias triginta recepi. Et videtur quod sic. Primo quia datur facultas per Bullam Papæ Nicolai obligandi pro censu imponendo personas, vt apparet ex eius lectura ibi *ac cum potestate vendentes personas, &c.* vndè iure videtur constitutus census super persona non relatus ad rem. Et si melius sit & tutius pignori incumbere, quam in personam agere l.plus cautionis ff. de reg. iuris §. furti insti. de obliga. quæ ex delicto nasc l. itaque §. fin.

Digitized by Google

3 §. fin. vbi glo. in verbo vbiq; ff. de furt. Quia † actio personalis contra singularem successorem non datur l. 1. §. si hæres percepto fundo ff. ad Trebell. l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. l. cum fundo vbi Bald. ff. de seruit. rust. præd. l. eum cui C. de actio. & obligatio. l. cogi. §. inde quæritur ff ad Trebellianum l. fin. C. de hæred. action. gloss in l. 2. C de rescinden. vend. Soc. reg. 276. Duenn. reg. 8. Petr. Nicol. Mozz. in tract. de contract. tit. de emp. & vendi. nu. 15. vbi allegat communem opinionem fol. 85. Affl decis. 95. nu. 6.
4 Tiraq. de retr lign. § 8. gloss. 5. nu 6. † secus vero in reali actione l. si fundus §. in vendicatione & l. pignoris ff de pignor. & l. pignoris C. eo. Dec. in l. plus cautionis ff de reg iur. Negusan. de pi-
5 gn. part. 2. memb. 3. nu 32. fol. 16. Secundo quia † potentissimum est argumentum de persona ad rem, & è. conuerso in l. miles ita ff de milit. testame. l si quis inquilinos §. si ita legatum ff. de leg. 1. Bertac. in repert. in verbo. argumentum nu. 40. vers. 3. l qui plures liberos ff. de vulg. & pupil. subst. l. si duo rei vbi Alber. nu. 5. ff. de ver. obligat. Ang. cons 261. sub nu. 2. Fulgo. consil. 47. col. 2. Tiraq. de retr. sanguin. in fine nu. 63. fol. 775. Vnde sicut iure imponitur census relatus ad rem ita videtur si ad personam referatur.
6 † Contrarium in themate proposito verius esse arbitror maximè ex dispositione Bullæ Papæ Pij Quinti de censibus datæ Romæ 1568. & hoc in Regno exequutæ 1569. Quæ vult expresse in
7 eius princip. vt † census constitui debeat relatus ad rem immobilem. vel quæ pro immobili habeatur, hocq. etiam firmat Foll. in verb. huiusmodi censualia num. 50 & communiter scrib. hic. Laur. de Rodul. in cap. consuluit quæst. 12. nu. 46 extrà de vsur. Couarr. libr. 3. variar. resolut. cap. 7. num. 5. vers. est igitur vbi refert communem opinionem. Quidquid ipse teneat à communi discedendo.

ANNOTATIONES.

a *Ad hanc quæstionem, an census constitui possit super sola obligatione personali, nulla facta bonorum mẽtione, vide Nauarr. de vsur. nu. 75. Sot de iust. & iur lib. 6 q. 5 art. 1. Decian cons. 2. nu 73 & num 141 lib. 2. Valasc. de iure emphyt. q. 32 nu. 10. Brunor a Sole quest. 4. Milanens. decis. 2. num. 108. & num. 179. lib. 2. Michael.*

de Palatio de contract. lib. 4. c. 7. Viuin. decis. 369. num. 2. & 3. Gregor. de Valent. côment. Theolog. tom. 3. disp. 5. q. 22 punct. 2. Facchin. controuers. iur. lib. 2. cap. 44. Felician. de censib. lib. 1. c. 8. num. 3. Salon in disput. de censib. post comm. de iust. & iure art. 3. controuers. 5. Roder. de ann. redit. lib. 1. q. 4. num. 28. qui rem hanc late disputant. quæ tamen disputationes hodie cessant, stante Bulla Pij V. quæ, vt refert Intrigl. hic, expresse vult, vt census constituatur super re immobili, vel quæ pro immobili habeatur, ideoque prorsus improbat hos census constitutos super sola obligatione personali. Idemque statutum videtur ex Bulla Gregor. XIII. quæ, etsi quoad regnum Siciliæ corrigat Bullam Pij V. velitque, vt in omnibus, & per omnia seruetur Bulla Nicolai V. addit tamen hoc, vt census constitui non possit, nisi prius expresse fiat mentio vnius, vel plurium rerum, super quibus census constituatur, vt patet ex eius verbis, quæ retuli supra in annot. ad q. 35. lit. A.

Marcell. Conuersanus I.C.

QVAESTIO XXXVIII.

Dominium rerum subiugatarum in personam subiugantis quo tempore probari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Census debet imponi super proprietatibus & rebus quarum dominium habemus.*
2 *Pronomen* suum *denotat dominium.*
3 *Genetiuus denotat dominium secundum eius propriam, & strictam significationem.*
4 *Dominium pro exequutione census Bullaris quo tempore probari debeat.*
5 *Generalis subiugatio quæ sit.*
6 *Specialis subiugatio quæ sit.*
7 *Indiuidualis subiugatio quæ sit.*
8 *Dominium rei generaliter, & specialiter subiugatæ sufficit probari superuenisse post subiugationem.*
9 *Generalibus et specialibus in subiugationibus veniunt bona futura.*

Tex.

Digitized by Google

10 *Tex.* §. *quod dicitur l. & qua nondum ff. de pign. declaratur.*
11 *Dictio* specialiter *aliquando exponitur, idest indiuidualiter. Et aliquando exponitur idest expresse. nu. 12.*
13 *Dominium rei indiuidualiter subiugata debet probari tempore subiugationis.*
14 *Subiugatio indiuidualis rei aliena qua postea superuenit in bonis subiugantis reconualescit, & dabitur subiugatario vtilis exequutio, siue res fuerit possessa à subiugante, siue à tertio.*
15 *Subiugatio rei aliena valet in praiuditium subiugantis, non autem domini ipsius rei, seu alterius tertij.*
16 *Dominium rei indiuidualiter subiugata facilius probatur contra subiugantem, quam contra tertium. & nu. 21.*
17 *Dominium prasumitur ex possessione rei, si allegetur.*
18 *Verba enunciatiua probant inter easdem partes.*
19 *Subiugans scienter rem alienam incidit in pœnam stellionatus.*
20 *Delictum in dubio non prasumendum.*
22 *Tertius non nominatus non censetur approbasse confessa, & narrata in instrumento.*



Via Bulla nostra Papæ Nicolai disponit censum imponi debere† super proprietatibus & rebus quarum dominium habemus vt apparet ex lectura Bullæ, tum propter illud pronomen *suis* dum dicit Bulla *super*
2 *rebus, & proprietatibus suis &c.* †Quod importat dominium l. seruos autem suos in princ. ff. de legat. 3. l. quintus *la 2.* §. argento, §. cui argentum ff. de auro & arg. lega. Barto. in l. si ita ff. eo. Bertach. in repert. in verbo pronomina vers. 2. & in verbo suum in prin. Bar. in l. cum res n. 5. vers. probat istum intellectum C. si aliena. res pignori data sit Afflict. decis. 403. sub nu 13. Auall. cons. 71. nu. 28. vol. 2. Paris. cons. 104. nu. 90. vol. 1. & cons. 89. vol. 2. Franc. Marc. in decis. Delph. 331. nu. 14. Ias. in l. indebiti §. sed etsi nummi nu. 6. ff. de cond. ind. Bart. in l. 1. nu. 8. C. de thesaur. lib. 10. tum propter genitiuum *eorum* dum dicit Bulla *eo-*
3 *rumq. proprietates redditus, &c.* † qui pariformiter dominium significat secundum propriam, & strictam eius significationem. Bart. in rub. ff. de nou. oper. nunt. nu. 5. vbi Ias. nu. 4. & Socc. Iun. nu. 55. & Doct. communiter, idem Bart. in rub. de nou. Cod. facien. circa medium, & in dicto §. argento nu. 11. Albanus cons. 6.

nu. 20.

num.20. fol. 152. Afflict. decis. 239. sub nu.5. Rolan. à Vall de lucro dotis quæst.98. nu.2. fol.111. l.seruum Titij iuncta glos.in verbo illius ff. mand. Ruin. cons.65. nu.4.vol.2. est tex. notab.in l.2.§.1. ff. de religios. & sumpt.fun. Ioan. de Amic cons 42. sub nu.17. Angel. Aret. in procem. Inst sub nu.9 Socc.cons 74.nu.9.
4 vol.1.† Vtilissimum erit quærere quo tempore dominiũ probari debeat a, & distinguo tres casus, quod aut exequutio census
5 Bullaris prætẽditur fieri super bonis generaliter subiugatis.† Puta quia in contractu fuerit dictum omnia bona secundum Petr. de Greg. hic. vers. tertio aduertendum est in quæst. 6. princ. & magis communiter scrib. Petr. Nicol. Mozz. in tract. de contract. tit de pign. & Hyp.nu.11. fol 44. l fin.in fine C. quæ res pignor. oblig. poss.l. & quæ nondum §.1 ibi cetera bona ff. de pign.glos.
6 2. in l.1. in princ ff de pign † Aut super bonis specialiter subiugatis, puta quia in contractu subiugatorio fuerit dictum omnia
b bona sua mobilia, & stabilia b, vel Burgensatica, & feudalia secundum Petr. de Greg. vbi supra, & Ioan. Philipp. de Patern & cõmuniter scrib. hic faciũt not. per Bart. in l.1 in fi.ff. si quis in ius voc. non ier.& in l.fin.nu 4 & 5.C.si cõtra ius vel vtil publ.& in l.generaliter nu.2.C.de non nu pecun.vel præsentia tantum ad differentiã futurorum secundum tex in l.& quæ nondum §.1 iuncta gloss. in verbo specialiter ff. de pignorib. Negus. in tract. de pign nu.1. vers.potest etiam dici memb.3. par.2 fol 13. Petr Nicol. Mozz. in tract de contract. tit. de pign sub nu.33.vers.vel specialis fol. mihi 45. vel omnia, & singula bona secundum Pet. de Greg. vbi supra allegantem Ang. de malefit tit super quibus omnibus, & sing. vbi August. in add. Etsi auus meus bonæ memoriæ teneat hoc vltimo casu dici posse indiuidualem subiugationem, allegat Oldr. cons. 300 col. 3. vers. & est attendendum, Socc sen. cons. 300 nu.2.vers.2 confirmatur vol. 2. Doct. in cap vt circa per tex-
7 tum ibi *omnia & singula* de elect. lib 6. Aut super bonis † indiuidualiter expressis, & subiugatis, puta si in contractu fuerit dictũ super vinea, clausura, domu, horto, tenuta, & feudo, secundum Petr. de Greg. vbi supra, & communiter scrib. hic, & Bart. in d.
8 l. generaliter nu.2 C.de nõ num.pecun.† in primo, & secũdo casu sufficit dominium probari superuenisse post subiugationem, l. & quæ nondum §. quod dicitur, in secundo dicto ibi *non ad illam quæ inferri quotidie* ff.de pign. Petr. Nicol. Mozz. vbi supra nu.34.

in

in fine fol 45.Nicol.Boer.conſ 18. num.3. Ratioq. eſſe poterit,
9 quia † in dictis ſubiugationibus veniunt bona futura c,etſi de eis
c nulla fiat mentio,l. fin. in fine C. quæ res pignor. obl. poſſ. Arius Pinell. in rub.C. de bon. matern. nu 7. par.1. Neguſan. de pign. par.2. membr.2.nu 3. vbi dicit communem opinionem Bart. in l.1. in princ.ff.de pign. Boer. conſ. 18. num.1 & 2. Socc. in l 3.§. etenim incertam ff de acquiren.poſſeſſ.Dec cõſ.539 nu.3 vol.4. Couarr. Pract. quæſt cap 29.nu.4.fol.203. Han q. rationem ſentit Bald. in l.cum res nu. 1. verſ. ſecundo oppono C. ſi res alien. pign. data ſit,& Bart. in l. rem alienam ſub nu.5 verſ. ſi vero ex generali ff. de pign. actio. dum ſimpliciter allegant dictam l. fin.
10 in fine C quæ res pignor. oblig poſſ. Non obſtat † text. in dicto §.quod dicitur in princ. l & quæ nondum ff. de pign. vbi dicitur, quod, quando res eſt ſpecialiter obligata, requiritur probatio
11 dominij tempore obligationis, quia reſp. quod text.ibi † *ſpecialiter* exponitur, ideſt indiuidualiter, quod eſt, quando res certa nominatim.& expreſſim ſubiugata fuerit,ſecundum vltimum noſtrum membrum, puta domus vinea,clauſura, tenuta, &c. prout gloſſ. in dicto §.quod dicitur ſuper verbo cautionibus exponit, vbi Alber. in princ. ſecundum Gugl. de Suzz. qui reprobat gloſſam ſuper verbo ſpecialiter ibi aliter declarantẽ. ita etiam exponit gloſſa ſuper verbo in ſpeciem l. 1. §. in ſpeciem vbi etiam Bart.ff. de pign. Neguſ. de pign 3. membr. par.2. nu.1. verſ. in terminis autem noſtris fol.13.& gloſſ. in verbo recepta dictæ l 1. in princ.ff de pign Petr Nicol.Mozz in tract.de contract titul.
12 de pign.nu.33.fol 45. Etſi iſta † dictio *ſpecialiter* aliquando exponatur,ideſt expreſſe gloſſ in ver.ſpeciali l.negotium C.de negot. geſt Alexand. in l.1 ſub nu.14.& 15.vbi Dec nu 39. & Cagnol. nu 71.ff de offic eius cui. Alex. in l.1 nu 9.ff. ſi quis in ius voc. non ier. & Neguſ de pign 3. membr. par.2. ſub nu.1. fol.13. In
13 tertio † ſeu vltimo caſu dico probari debere dominium tempore ſubiugationis per dictum §.quod dicitur in princ. Angel. in l. 1. in princ in vlt. not.ff. de pign. Neguſ. vbi ſupra num.4. fol.13. Pet. Nicol.Mozz vbi ſupra nu 34. fol.45.l.ante omnia,vbi gloſſ. ff.de probat.l; ſi ſuperatus in princ.ff de pign Bart.in l.rem alienam ſub nu.5.ff. de pign.actio. Bald. in l.cum res nu.1 verſ ſecun
14 do oppono C. ſi res alie.pign.data ſit. Verum quod ſi † res prorſus aliena fuerit ſubiugata indiuidualiter, quæ poſtea ſuperuenerit.

Digitized by Google

nerit in bonis subiugantis (& hoc probabitur) conualescet subiugatio, dabiturq. creditori Bullari rem fuisse alienam ignoranti pro annualitatib. consequendis ex æquitate scripta vtilis actio,
d seu exequutio, siue contra subiugantem, siue contra tertium [d] est text. ad litterã in l. cum res, vbi gloss. Bart. & Bald. C. si res alien. pign. dat. fit l. rem alienam in princ. ff. de pign. act. vbi Bart. Neguf. de pign. 2. par. 3. memb. nu. 55. fol. 18. gloss. & Bart. in l. 1. §.
15 in speciem ff. de pign. Si autem † res aliena non superuenerit in bonis subiugantis dabitur vtilis actio, seu exequutio contra ipsum subiugantem principalem non autem contra tertium l. 1. §. si prædo ff. depos. l. ita vt si fur ff. comm. l. si pignore §. si prædo ff. de pign. actio. est cõmunis opinio quam refert, & sequitur Petr. Nicol. Mozz. in tract. de contract. titul. de pignorib. nu. 5. fol. 47. de reb. quæ pignor. dar. poss. Nec ommittam pro complemento
16 huius quæstionis † quod facilius probabitur dominium rei indiuidaliter subiugatæ, si agatur contra ipsum principalem subiugantem, vel eius hæredem, quam contra tertium possessorem. Quippe, si agatur contra principalẽ sufficit, si probetur possessio
5 *Exceptio ortum habens ex eodem fonte admittitur, ſtante ſtatuto reijcient e omnes defenſiones.*

6 *Exceptio cedendarum actionum contra principalem venditorem cenſus iure opponitur per fideiuſſorē. Cum ampliatione. nu. 7.*

8 *Exceptio cedendarum actionum contra confideiuſſorem iure opponitur per fideiuſſorem.*

Cum limitatione, & ſub limitatione. nu. 9 & 10.

11 *Exceptio cedendarum non prodeſt fideiuſſori conſentienti liberationi confideiuſſoris.*

12 *Exceptio cedendarum non prodeſt, quando ei fuerit renuntiatum.*

13 *Exceptioni cedendarum quando dicatur renuntiatum.*

14 *Exceptio cedendarum non prodeſt tertio poſſeſſori, quando creditor liberaſſet aliqua bona ſubiugata.*

15 *Cedere iura qui fuerit obligatus habebit neceſſe cedere, etiam contra ſe ipſum.*



1 Trum † obſtet exceptio cedendarum agenti pro an-
a nualitatibus cenſus Bullaris a. Et videtur ꝙ non quia
a nulla exceptio, vel defenſio admittitur cōtra exequu
tionem cenſus Bullaris, vt eſt text. noſtræ Pragm. ibi *quæ quidem executio &c.* Bened. Bon. de cenſ. lib. 1. art. 74. in prin. nu. 107. fol. 178. Ioan. Aloyſ. de Sept. hic in 1. quæſt. & magis com-
3 muniter ſcribentes. In contrarium † eſt veritas, vt in terminis, terminantibus firmat Dec. conſ. 27. num. 1. volum. 1. & conſ. 104. num. 2. in fine volum. 1. Roma. conſ. 472. nu. 2. Bened. de Barz. in tract. de lib. guar. in 3. par. princ. quæſt. 8. Petr. de Gregor. hic in 8. quæſt. princ. verſic. confirmatur, quem ſcribentes
4 nemine eorum diſcrepante, ſequuntur. Tum quia † exceptio cedendarum non proponitur ad retardandam exequutionem cenſus Bullaris, ideo iſthæc, & ſimilis admittitur, non obſtante noſtra Pragmatica. Iaſ. in l. 1. nu. 18. C. de iur. & fact. igno. Roma. in conſ. 472. vt etiam expreſſè ſentit dicta Pragm. in verſ. etſi fortè in fine ibi *impediri, differri, aut retardari poſſint*. & in verſ. quæ
5 quidem, ibi *impediri valeat quomodolibet, vel differri*. Tum quia, † ſtante ſtatuto reijciente omnes defenſiones, non reijcitur illa quæ
b oritur ex eodem fonte, prout eſt exceptio cedendarum, b ſecundum

dum Bald.in authen præsente n.4.C.de fideiussor,& Dec.in cons. 27.& consil.104.& Alex.cons.20.nu.2. & 3.vol. 6. Veruntamen pro resolutione huius quæstionis considero tres casus, quorum
6 erit primus, quod † fideiussor annui census contra quem fuerit causata exequutio potest iure optimo opponere exceptionem cedendarum actionumcontra venditorem principalem Petr. de Gregor. in d. quæst. princ. 8. Bald. in auth. Præsentenum.4. C. de fideiuss. Bened. de Barz. in tract. de libell. guar. in 8. quæst.
7 3. part. Quod amplia procedere etsi † creditor hæreditatem adiuisset principalis debitoris, vt tunc etiam cedere teneatur, quia etsi non cederet poterit nihilominus fideiussor habere regressum contra principalem venditorem, ad quem pecunia peruenit, & consequenter contra creditorem, vti heredem Paul. de Castr.in l.de die §.si fideiussor,vbi Alex. ff.qui satisd. cogan. Bart.in l.Vranius sub nu.8.vers.alia est regula ff.de fideiuss. Se-
8 cundus casus, quando † fideiussor opponit exceptionem cedendarum actionum contra confideiussorem quia etiam debebit audiri. Hypol.de Marsil. in rubr.ff.de fideiussor. nu.28.l. fideiussoribus, & l.vt fideiussor, vbi glo.ff.de fideiussor.l.Modestinus,vbi glo. & Docto.ff.de solutio.l cum alter C.de fideiussor. Quod li-
9 mita. Primo, quando † fideiussores interuenissent diuersis temporibus, & ille, qui secundo loco interuenit fuisset liberatus à creditore, vt tunc, si agatur contra primum fideiussorem, non
c possit ille talis opponere exceptionem cedendarum [c], quia non videtur fideiussisse contemplatione secundi. Bar. in l. si stipulatus §.si ex duobus sub num.3.vers. primo casu non potest, ff.
10 de fideiusso. nisi ab initio esset conuentum,vt secundus daretur fideiussor. quia tunc omnes ab initio videntur dati.l.Modestinus ff. de sol. & consequenter habebit locum exceptio cedendarum,
11 secundum Bartol.vbi supra. Limita secundo, quando † fideiussor consensisset liberationi confideiussoris, quia tunc non obstabit exceptio cedendarum ab eo obiecta.Socc.sen.cons.200.nu.1. vers.4.videtur vol.2.Bar.in l.si stipulatus §.1.sub nu.3.vers.quandoque non potest ff.de fideiussor.post gloss.ibi, gloss. in verbo ius pignorum,vbi Cyn. & Dyn. l.2.C.eod. gloss.in l. nisi ff. de pact.
12 Limita tertio, quando fuisset † renuntiatum exceptioni ceden-
d darum [d],quia tunc amplius eius obiectio non obstabit gloss. in l. nisi in fine ff.de pact.Socc.in sen.consil.200.num.3.lib.2. gloss. in

l. si

l.si stipulatus §.1.ff.de fideiussor Bartol.in l.Modestinus sub nu. 5.ff.de solut.Hypol.in rubr. ff.de fideiussor. nu. 28. in fine Afflict. decis.182.num.10.in fine Spec.titul.de renuntiatio.& cond. §. 1.
13 versic.postremo,facit l.si quis in conscribendo C.de pact.†cui videtur renuntiatum per clausulas generales, quas indifferenter ponunt in instrumentis notarij nostri temporis videlicet, *renunciant beneficio de fideiussoribus, beneficio Diui Adriani,beneficio nouarum constitutionũ de fideiussoribus,& reis debendi,et omni alio legum auxilio* Dec consil.27 sub nu.5.& num.6.lib.1.Ang.in l.2. & nu.5 C. de fideiussor.Soccin.sen. consil.200.nu.3 & 4. lib.2. Afflict.decis.182.nu.11.& 13.qui loquitur in terminis clausulæ,omni legum auxilio, Tiraquell.in præfat.l. si vnquam sub num. 121. fol.61.Bald consil.4.libr.1.Dec. cons.452.sub nu.19.vol 4. Socc. consil.125.col fin nu.18.& 19.vol.4.Corn.cons.51. in littera M, & N.col.3.lib.2.Quamuis cõtrarium tenuerint in terminis dictę clausulæ,omni legum auxilio,Rom.cons.472.col.2 & in terminis renuntiationis omnium benefitiorum,Bald. in l.si diuisa C.loca. quem sequitur Alex in addit. ad Bart.sub litera G, in l. hi qui ff. de fideiussor.& in l.si ex duobus §. si à Titio in addit. fina. ff. de duob reis & cons.197.nu.9.lib.6.Dec.cons.104.nu.2. in fine vol.
14 1. Tertius est casus quando agitur † pro annualitatibus præteritis contra tertium possessorem e rei subiugatæ,vt dictus tertius non possit opponere exceptionem cedendarum contra agentem, dato, quod ipse agens, seu eius author liberasset aliqua bona subiugata, contra quæ amplius cedi actiones non possent, ita in terminis terminantibus firmat. Negusan. de pignor.5.part.3. memb. sub numb.29.& 30. fol.119. Bald. in l. iubemus sub nu.2. versic. quia magis succurritur, vbi etiam Salyc. C. ad Velleia. Afflict. decis. 343. num.4. vbi reddunt rationem differentiæ inter tertium possessorem, & fideiussorem, qui hoc in casu posset opponere exceptionem cedendarum, quia secundum eos fideiussor, quando intercessit habuit respectum ad suam indemnitatem, contemplatione benefitij cedendarum super omnibus bonis debitoris, sed tertius possessor non accepit possessionem hac mente, vt iura sibi cederentur, sed potius venit extra considerationem intellectus. argum.l. si Titius, & Seia.ff. de fideiussor. Non tamen ommittã, quod in casibus, in quibus fuisset quis
15 obligatus cedere iura, † habebit necesse etiam contra se ipsum

R cede-

Digitized by Google

dum Bald.in authen præsente n.4.C.de fideiussor,& Dec.in consil. 27.& consil.104.& Alex consil.20.nu.2. & 3. vol. 6. Verumtamen pro resolutione huius quæstionis considero tres casus, quorum
6 erit primus, quod † fideiussor annui census contra quem fuerit causata exequutio potest iure optimo opponere exceptionem cedendarum actionum contra venditorem principalem Petr. de Gregor. in d. quæst. princ. 8. Bald. in auth. Præsentenum.4. C. de fideiuss. Bened. de Barz. in tract. de libell. guar. in 8. quæst.
7 3. part. Quod amplia procedere etsi † creditor hæreditatem adiuisset principalis debitoris, vt tunc etiam cedere teneatur, quia etsi non cederet poterit nihilominus fideiussor habere regressum contra principalem venditorem, ad quem pecunia peruenit, & consequenter contra creditorem, vti heredem Paul. de Castr.in l.de die §.si fideiussor,vbi Alex. ff.qui satisd. cogan. Bart.in l.Vranius sub nu.8.vers.alia est regula ff.de fideiuss. Se-
8 cundus casus, quando † fideiussor opponit exceptionem cedendarum actionum contra confideiussorem quia etiam debebit audiri. Hypol.de Marsil. in rubr.ff.de fideiussor. nu.28.l. fideiussoribus, & l.vt fideiussor, vbi glo.ff.de fideiussor.l.Modestinus,vbi glo.& Docto.ff.de solutio.l cum alter C.de fideiussor. Quod li-
9 mita. Primo, quando † fideiussores interuenissent diuersis temporibus, & ille, qui secundo loco interuenit fuisset liberatus à creditore, vt tunc, si agatur contra primum fideiussorem, non
c possit ille talis opponere exceptionem cedendarum c, quia non videtur fideiussisse contemplatione secundi. Bar. in l. si stipulatus §.si ex duobus sub num.3.vers. primo casu non potest, ff.
10 de fideiusso. nisi ab initio esset conuentum, vt secundus daretur fideiussor. quia tunc omnes ab initio videntur dati.l.Modestinus ff. de sol. & consequenter habebit locum exceptio cedendarum,
11 secundum Bartol.vbi supra. Limita secundo, quando † fideiussor consensisset liberationi confideiussoris, quia tunc non obstabit exceptio cedendarum ab eo obiecta.Socc.sen.cons.200.nu.1. vers.4.videtur vol.2.Bar.in l.si stipulatus §.1.sub nu.3.vers.quandoque non potest ff.de fideiussor.post gloss.ibi, gloss. in verbo ius pignorum,vbi Cyn. & Dyn. l.2.C.eod. gloss.in l. nisi ff. de pact.
12 Limita tertio, quando fuisset † renuntiatum exceptioni ceden-
d darum d, quia tunc amplius eius obiectio non obstabit gloss. in l. nisi in fine ff.de pact.Socc.in sen.consil.200.num.3.lib.2. gloss. in

l. si

Digitized by Google

l.si stipulatus §.1.ff.de fideiussor Bartol.in l.Modestinus sub nun. 5.ff.de solut.Hypol.in rubr. ff.de fideiussor. nu. 28. in fine Afflict. decis.182.num.10.in fine Spec.titul.de renuntiatio.& cond. §. 1.
13 versic.postremo,facit l.si quis in conscribendo C.de pact.† cui videtur renuntiatum per clausulas generales, quas indifferenter ponunt in instrumentis notarij nostri temporis videlicet, *renuncians beneficio de fideiussoribus, beneficio Diui Adriani,beneficio nouarum constitutionũ de fideiussoribus,& reis debendi,et omni alio legum auxilio* Dec consil.27 sub nu.5.& num.6.lib.1.Ang.in l.2. & nu.5 C. de fideiussor.Soccin.sen. consil.200.nu.3 & 4. lib.2. Afflict.decis.182.nu.11.& 13.qui loquitur in terminis clausulæ,omni legum auxilio, Tiraquell.in præfat.l. si vnquam sub num. 121. fol.61. Bald consil.4.libr.1.Dec. cons.451.sub nu.19.vol 4. Socc. consil.125.col fin nu.18.& 19.vol.4.Corn.cons.51. in littera M, & N.col.3.lib.2. Quamuis cõtrarium tenuerint in terminis dictę clausulæ,omni legum auxilio,Rom.cons.472.col.2 & in terminis renuntiationis omnium benefitiorum, Bald. in l.si diuisa C.loca. quem sequitur Alex in addit ad Bart.sub litera G, in l. hi qui ff. de fideiussor.& in l.si ex duobus §. si à Titio in addit. fina. ff. de duob reis & cons.197.nu.9.lib.6.Dec.cons.104.nu.2. in fine vol.
14 1. Tertius est casus quando agitur † pro annualitatibus præteritis contra tertium possessorem e rei subiugatæ,vt dictus tertius non possit opponere exceptionem cedendarum contra agentem, dato, quod ipse agens, seu eius author liberasset aliqua bona subiugata, contra quæ amplius cedi actiones non possent, ita in terminis terminantibus firmat. Negusan. de pignor.5.part.3. memb.sub numb.29.& 30. fol.119. Bald. in l. iubemus sub nu.2. versic. quia magis succurritur, vbi etiam Salyc. C. ad Velleia. Afflict. decis. 343. num.4. vbi reddunt rationem differentiæ inter tertium possessorem, & fideiussorem, qui hoc in casu posset opponere exceptionem cedendarum, quia secundum eos fideiussor, quando intercessit habuit respectum ad suam indemnitatem, contemplatione benefitij cedendarum super omnibus bonis debitoris, sed tertius possessor non accepit possesionem hac mente, vt iura sibi cederentur, sed potius venit extra considerationem intellectus. argum.l. si Titius, & Seia.ff. de fideiussor. Non tamen ommittã, quod in casibus, in quibus fuisset quis
15 obligatus cedere iura, † habebit necesse etiam contra se ipsum

R cede-

çedere, Ias. in l. frater à fratre nu. 24. ff. de cond. indeb. vbi Cagno. nu. 118. qui respondet ad tex. & gloss. l. 2. C. de fideiuss. ponderatam prius per Ias. vbi supra, vbi etiam Soccin. col. 6. qui dicit ita fuisse terminatum Florentiæ, Specula. tit. de obl. & solut. §. 1. in fine per text. d. l. frater à fratre vers. porrò. Dec. consil. 140. sub nu 3. vers. ex quibus ista opinio vol. 1. qui dicit hanc opinionem esse veriorem, & magis communem, & respondet ad multa, quæ in contrarium adduci possent, secundum quam opinionem sæpius in magna Curia vidi decisum, per graues & peritissimos iudicantes, etsi in contrarium patrocinantibus profundissimis aduocatis.

ANNOTATIONES.

a *Vide late Milanens. decis. 1. nu. 5. & seqq. lib. 2. Carol. Graff. de de except. 10. nu. 15. Roder. de Ann. redit. lib. 2. quæst. 9.*

b *Adde ad id, quòd exceptio cedendarum non videatur reiecta, stante statuto reijciente omnes exceptiones, Felin. in c. ex parte 2. nu. 12. vbi etiam Dec. num. 58. de offic. deleg. Hippol singul. 7. Rebuff. ad constit. Gall. tit. de lit. obligat. art 1. glos. 9. nu. 40. Roder. Suar. in declar. l. regni post lect. l. post rem iudicatā §. sed pro euidentia nu. 42. Seraph. de priuil. iuram priuil. 77. in fin. Menoc. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 48. nu. 14. Thess. decis. 26. nu. 12. Milanens. d. decis. 1. nu. 4. Card. Tusc. conclus. 385. nu. 5. lit. E, tom. 3. Graff. d. except. 10. nu. 14. qui alios adducit.*

Adde Lanar. cons. 75. num. 3.

Vide late Graff. d. except. 10. nu. 37. & seqq. & quoad clausulas, quibus censetur renunciatum exceptioni cedendarum, adde in regno videri etiam renunciatum huic exceptioni per clausulam vt bancus, vt tradunt Intrigliol. singul. 216. lib. 1. Burg. de Laudem. par. 3. insp. 27. num 6.

Vide Vincēt de Franch. decis. 477. nu. 20. Lanar. d. cons. 75. nu 4. Ant. de Ball. ad pragm. de censib. quæst. 21. nu. 16. omnino Roder. de ann. redit lib. 2. q. 9. nu. 30. & seqq.

Marcell. Conuersanus I.C.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO XLII.

Vtrum Inquilinus, seu Colonus detentor rei subiugatæ, si soluerit pensionem domino, iure conueniatur pro annualitatibus?

SVMMARIVM.

1 *Detentor rei subiugatæ, si soluerit pensionem dominio vtrum conueniatur pro annualitatibus decursis. & nu. 12.*
2 *Solutione eius, quod debetur omnis tollitur obligatio.*
3 *Conductor iurans soluere mercedem, & non soluens vti periurus reijci potest à re conducta.*
4 *Tex. l. si quis maior C. de transa. habet locum non solum in contractu transactionis, verumetiam in quolibet contractu iurato.*
5 *Conductor, si non iurauerit soluere mercedem non poterit reijci ob mercedem, non solutam ante biennium.*
6 *Exceptio realis solutionis ex vi verborum Pragmaticæ ita competit tertio possessori, sicut principali debitori.*
7 *Determinatio vnica respiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determinare.*
8 *Bona fides non patitur, vt bis idem exigatur.*
9 *Statutum, si denegat omnes exceptiones, non videtur excludere exceptionem solutionis.*
10 *Debitor soluens alij, quàm vero creditori mandato iudicis, resistens primo, & secundum expectans praeceptum liberatur.*
11 *Denuntiatio non est necessaria scienti.*
13 *Lex, vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
14 *Detentor rei subiugatæ tenetur ad annualitates quandiù detinuerit.*
15 *Detentor rei subiugatæ, si voluerit persistere in detentione tenetur ad integras annualitates non solutas.*
16 *Detentor rei subiugatæ potest conueniri reali actione pro omnibus annualitatibus decursis.*
17 *Quandiù est aduerbium temporis.*
18 *Detentor rei subiugatæ debet soluere annualitates, tam respectu temporis, quo tenuerit, quàm respectu quantitatis affictus gabellæ, seu loerij.*

19 *Detentor rei subiugatæ si post mandatum exequutiuum renunciauerit detentationi non euitabit solutionem censualium.*

20 *Exequutio census contra tertium possessorem rei subiugatæ, non solum fit contra eius bona inuecta in rebus subiugatis, verumetiam vbicunque inuenta. & nu. 21.*

1 Trum Inquilinus, seu colonus † detentor rei subiugatæ contra quem fuerit causata exequutio pro annualitatibus decursis, cogi poterit illa persoluere, dato,
a quòd soluisset locatori suo pensionem conuẽtam [a]. Et
2 videtur, quod tali casu non erit cogendus. Primò quia † solutione eius, quod debetur omnis tollitur obligatio realis videlicet, & personalis, Instit. in princ. quib. mod. tollit. obligatio Afflict. decis. 335. nu. 18. Roland. Aualle cons. 49. nu. 40. vol. 1. Dec. in l. bonafides in princ. ff. de reg. iur. l. dissolutæ C. de cond. ex lege l. nihil C. de solut. Soc. iun. cons. 79. nu. 4. vol. 3. Affl. decis. 16. sub nu. 3. Fan. de pign. 6. par. 1. memb. sub num. 42. Secundò quia,
3 si † conductor fuisset renitens in solutione mercedis poterat reijci à re conducta, & annullari contractus locationis, si in eo iurasset soluere. Petr. Nicol. Mozz. in tract. de contract. titul. quomodo. finia. seu. annull. contr. locatio. num. 10. fol. 99. Alexan. cons. 85. per totum volum. 1. Bald. in cap. quærelam R. super gloss. 1. extra de iureiuran. est text. in l. si quis maior C. de tran-
4 sact. Qui † textus secundum communem sentẽtiam habet locum non solum in contractu transactionis, verumetiam in quolibet
b contractu iurato [b], secundum Alexan. vbi supra. & scrib in d. l. si quis maior ponderantes illum tex. in princ. ibi *pacta*, & in fine
5 ibi *placitis* verum, quod si † non iurasset soluere non poterat reijci ante biennium. gloss. 1. & fin. in fine in dicto cap. quærelam l. quæro §. inter locatorem, & l. cum domini ff. locat. & cond c. penult. vbi text. in fine limitat vno modo, & glos. in verbo canonem. limitat alio modo extrà locati cap. hoc ius §. qui rem 10.
6 quæst. 2. l. 3 vbi glos. in verbo soluisti C. locat. Tertiò, quia † exceptio realis solutionis à Pragmatica nostra opponi permissa ita competit tertio possessori, sicut principali debitori ex vi verborum dictæ Pragmaticæ, quæ dat exequutionem, non solum contra principalem debitorem, verumetiam contra tertium possessorem rei subiugatæ, contra quam exequutionem, vult, vt nulla admit-

Digitized by Google

7 admittatur exceptio præterquam realis solutionis. Vnde † vnica ista determinatio respiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determinare. l. quamuis, l. hæreditatem C. de impub. & alijs subst. l. nam hoc iure §. sed si alter ibi *incongruens* ff. de vulg. & pupilla. subst. l. in testamento *la 1.* C. de testam mil. l. si legatarius §. fin. vbi Bart. ff. de leg. 3. Ang. cons. 143. in fine
8 incip. tria videntur impugnare. Quarto, quia † bonafides non patitur, vt bis idem exigatur. l. bonafides ff. de reg. iur. cap. bonafides eod. tit. lib. 6. l. Stichum §. dolo ff. de solutio. l. 3. §. condem-
9 natio vbi glos. in verbo distinctio ff. de tab. exhib. ideo, si † statuto denegantur omnes exceptiones aduersus instrumentum, nihilominus non videtur exclusa exceptio solutionis propter regulam præfatam. Angel. in l & non tantum §. quod si pro emptore sub nu. 2. ff. de petit. hæred. Dec. in dicta l. bonafides nu. 3. Alex. cons. 113. sub nu. 13. vol. 5. Cagnol. in dicta l. bonafides nu. 2. vbi dicit communem opinionem. Dec. in l. non est nouum nu. 4. C de de eden. Petr. de Anchar. cons. 260. incip. ex verbis in fine. Et multo magis hæc opinio substineretur, si conductor soluisset pen-
10 sionem † mandato iudicis, resistens primò, & secundũ expectans
c præceptum quia tunc liberabitur c, etiam soluens alij, quam vero creditori. Cagn. in l. non videtur data §. qui iussu nu. 3. ff de reg. iur. Affl. decis. 150 nu. 18. & 20. Dec. cons. 25. col. 1. & 2. vol. 1. Bart. in l. creditor ff. de solut. Paul. de Castro in l. 2. sub nu. 7 ff. de
11 iudic. Et tenentes istam partem limitarunt, † nisi conductor sciuerit rem conductam fuisse censui subiectum, quia tunc, etiam quod ei non fuerit denunciatum, soluere cogendus erit creditori Bullari, scienti enim non est necessaria denunciatio. Bart. notabiliter in l. nomen nu. 7. C. quæ res pigno obligar. poss. & in l. facta §. si hæres sub nu. 2. in fine ff. ad Trebellianum allegat in arg. l. 1. in fine ff. de actio. empt. cum ibi not. l. fin. ff. de transact. Con-
12 trariam nihilominus sententiam in themate proposito †, iudicamus veriorem, vt inquilinus, seu colonus teneatur soluere annualitates præteritas, etsi locatori suo de mercede conuenta satisfecerit. quam etiam tenuerunt Hen. de Med. Iacob. Franc. Rub. Prouinz. Anton. & Blas. Lancea, auus & genitor meus, qui quanta fuerint doctrinæ, & auctoritatis aut nosti (benigne lector) aut audisti. & magis communiter scribentes hic, quamuis Petrus de Gregor. hic quæst. 6. versic. item ista est exceptio sub dubio

dubio relinquat, subdens diuersimode in Magna Curia fuisse decisum. Mouemur maximè, quia Pragmatica nostra arctat detentores rei subiugatæ ad solutionem censualium indistinctè, vi-
13 delicet siue pensiones soluissent locatoribus suis. siuè non † vndè nec nos distinguere debemus. l. de pretio ff de Publ. l. 2. §. conuenire ff. de iuditijs l. quos prohibet ff. de postula. l 3. ff. de off. præsidis l. 1. §. quod autẽ ff. de aleæ lusu & aleator. l. 1. § sed & si mercedem ff. si mensor fals. mod. dix. l. si verò §. de viro secundũ vnum intellectum ff sol. matr. l. quicquid in pricip. ff. de verb. obligat l. 1. §. quod autem ait prætor ff. de vi, & vi arm. l. si rem quam §. fin. ff. de euict. l. falso C. de diuer. rescript. l. 1. §. sin autem ad deficientis in fine C. de cad. tollen. Limita tamen principalem conclusio-
14 nem, † vt teneatur detentor ad annualitates decursas non solutas pro tempore dumtaxat, quandiù detinuerit rem censui subiectam, non autem ad integras annualitates, vt expressè firmat nostra Pragmatica ibi *quamdiu apud eos illorum detentio fuerit*
15 Sublimita primò, quod proximè est dictum, † nisi detentor voluerit persistere in possessione, seu detentione, quia tunc ex propria voluntate videtur creditoribus Bullaribus obligari ad integras annualitates argum. optimo l. fin. §. cum igitur post princip. C. de iure delib. Sublimita secundo, vt procedat quan-
16 do † agitur actione personali contra detentorem rei subiugatæ, secus verò, si ageretur reali actione per primum, & secundum decretum, quia tunc procedet exequutio pro omnibus annualitatibus decursis non solutis, à die celebrati contractus subiugatorij, non solum pro tempore quandiù detentio apud eum fuerit Petr. de Greg. hic vers. quartum priuilegium est post medium
17 Et licet † dictio quandiù sit aduerbiũ temporis, nihilominus † so-
18 lutio per detentorem bonorum subiugatorũ quandiù detinuerit erit facienda tam respectu temporis detentionis, quam respectu quantitatis. affictus, Gabellæ, seu locrij rerum detentarum secundum Petr. de Gregor. in vers. quartum priuilegium est &
19 communiter scrib. hic. Nec euitabit † detentor solutionem iurium censualium, si post mandatum exequutiuum contra ipsum factum, quasi in fraudem renuntiaret detentioni l. incola *la secunda* vbi gl. notab ff. ad municipales Ioan. Philipp. de Patern. hic versi quid si esset l. si quis postea quam ff. de iudicijs l. penult. ff. de iur. omn. iud. vbi Dec. in princ. cap. proposuisti de foro com-

pet.

20 pet. Abbas cons. 85. n. 7. vol. 1. Et † exequutio pro annualitatibus non solum fit contra bona detentoris rerum subiugatarum, inuecta, & illata. & reperta in dictis rebus subiugatis per l. & quia in prin. ff. de pact. l. certi iuris C. locati, verum etiam, & contra quæcumq; alia bona detentoris vbique inuenta. per text. nostræ. Prag. ibi *contra personas & bona quorumquunque singularium de-*
21 *tentorum, &c.* Quasi Pragmatica loquens † generaliter, & indistinctè, generaliter, & indistinctè intelligatur l. si seruitus §. quod si ita versic & humanitas ff. de seruit. vrb. præd. l. 3. ff. de offic. præsid.

ANNOTATIONES.

a *Ad hanc quæstionem vide late Milanens. decis. 11. lib. 2. vbi sub nu. 38. ostendit vanam esse hodie in regno huiusmodi controuersiam, stante pragmatica nouissima, qua dispositum est, posse agi aduersus conductorem, vel Inquilinum, etiam si pensionem soluerit locatori, ita tamen, vt, si ille renunciet rem conductam liberetur: cuius pragmaticæ, cum emanauerit anno 1582. & sic satis ante impressionem huius libri, meminisse oportebat Intrigl. nec tantum immorari in hac vana, & inutili quæstione.*

b *Vide Facchin. controuers. iur. lib. 1. cap. 11.*

c *An, & quando debitor soluendo alteri, quàm vero creditori de mandato iudicis excusetur, vide late Menoc. lib. 2. de arbitrar. iudic. cas. 137. Ant. à Gamm. decis. 303. nu. 3.*

Marcell. Conuersanus. I.C.

QVAESTIO XLIII.

Vtrum sors principalis census Bullaris debeat stare mortua?

SVMMARIVM.

1 *Sors principalis census Bullaris debet stare mortua.*

5 *Bulla Nicolai fuit subrogata in locum vēditionum, quæ in dominijs vltra montes fieri consueuerant, quæ mortua nuncupabantur.*

6 *Sub-*

Digitized by Google

6 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, etiam si in aliquo discreparet. & nu. 7.*

8 *Adequatorum eadem est iuris dispositio.*

2 *Vsura est quicquid sorti accedit.*

3 *Interusuria percepta ex contractu Bullæ vsurario computantur in sortem.*

4 *Interusurium dotis promissæ non solutæ absque scrupulo vsura petitur. nec in sortem computabitur fauore dotis, & propter onera matrimonij substinenda.*

9 *Sors principalis potest exigi etiam ab inuito quando venditor denunciasset emptori Bullaris census, quod voluerit tradere sortem principalem, & reluere censum; infrà annum tamen post denunciationem præfatam.*

10 *Sors principalis potest peti ab emptore census Bullaris, habita licentia à Principe de concursu cum alijs contra bona venditoris.*

Emptor census Bullaris post obtentam licentiam à Principe, vt concurrat cum alijs creditoribus ad bona venditoris non potest consequi interusuria decursa post dictam licentiam.

11 *Duo singularia circa idem concurrere non debent. & nu. 12.*

13 *Pactum de petenda sorte principali vitiatur, & non vitiat contractum subiugatorium, sicut cætera pacta contra naturam contractus adiecta.*

14 *Mutui contractus ita, vt pro x. reddantur xi. vitiatur in eo quod excedit.*

15 *Vtile per inutile non vitiatur in indiuiduis. maximè in cõtractibus.*

1 Vtrum ementi † censum Bllarem sit licitum petere capi-
2 tale, seu sortem principalem annui census †, & cõcludimus, quod non, vt in terminis voluerunt. Abb. in cap. in ciuitate nu. 8. extrà de vsuris. Bal. in l. hac edictali §. his illud in vlt. col. in princ. C. de secun. nupt. & in cap. 1. in vlt. col. extra de iureiura. & in l. 1. in 4 col. C. de Summa Trin. & fid. cathol. Pet. de Greg. hic vers. 6. requiritur est communis opinio, quam refert Alex. post Fulgos. in l. item quia §. idem Iuliano nu. 3. ff de pact. Si enim pretium principale, eiusq. annualitates peti possent, con-
3 tractus redderetur, vsurarius, quia quicquid † sorti accedit vsura est secundum Abb. in rub. extrà de vsur. Bald. in l. rogasti §. si tibi col. 2. vers. incontrarium ff. si cert. pet. cap. plerique 14 q. 3.

quod

quod declarat Alciat. lib.7. Parerg. cap. vlt. Imol. in clem. 1. de vsur. cap. consuluit extrà eod. cap. quia in omnibus, cap. super eo. cap. 1. & 2. extrà eod. in Leuit. cap. 25. Deut. cap. 24. Luc.
3 cap.6. & tali casu † annui redditus percepti computantur in sortem cap. ad nostram *il 1*. extrà de iureiur.cap.1.& 2.& cap.conquæstus extrà de vsucap.c.significãte,& cap.cum contra extrà de pign.cap. ad nostram extrà de empt. & vend.l.1.& 2. C.de pign. act. l. si conuenerit ff. eod. l. 1. & vlt. C. de pact. pign. Etsi fauo-
4 re † dotis,& propter onera matrimonij sustinenda absque scrupulo vsuræ peti posset interusurium dotis promissæ non solutæ, nec in sortem computabitur secundum Abb. & communiter Cano. in cap.salubriter extrà de vsur.cap.Regni Regis Alph.Ritus 189. tit. de interusur. dot.l. pro oneribus C. de iu. dot. & magis expressè decidunt nostram quæstionem principalem noua Bulla Pa
b pæ Pij V.de cẽsibus *b* data Romæ anno 1568.& hoc in Regno exequuta anno sequenti in vers. *pacta etiam continentia pretium census, &c.* & Nostra Bulla Papæ Nicolai post eius principium, ibi
5 *quam mortua nuncupantur* quasi ista Bulla fuerit subrogata in locum venditionum,quæ fieri consueuerant in dominijs vltra Montes, in Regnis Aragoniæ,Maioricarum.Cathaloniæ.Rossilionis, & Ceritaniæ, quæ mortua nuncupantur,quasi pretium principa-
6 le debeat stare mortuum . Et † subrogatum sapit naturam eius in cuius locũ subrogatur l.si quis eum §. qui iniuriarum ff.si quis caution. §. fuerat Instit. de actio. cap. ecclesia *lo 1*. extrà vt lite
7 pend.clem.1.de supplend.negl. prælat. † Etiam,si subrogatum in aliquo discreparet,quia nihilominus in alijs sequeretur eandem naturam. Tiraq. de retr. lign.§. 1. gloss.10. sub nu. 80. fol. 246. Paul.conf.73. repetito in conf. 265. paulo ante finem lib.1.Dec. conf. 90. circa primum dubium col. 3. vers. quarto hoc idem, & conf. 543. in casu proposito col.2. vers. 3. hoc confirmatur nu.6. & bulla ista adæquata videtur venditionibus, quæ fieri in locis præfatis consueuerant, vt ex lectura nostræ Bullæ apparet,vbi su-
8 prà.vnde † adæquatorum eadem debet esse iuris dispositio iuxtà communem doctrinam Doctorum in l.1.ff.de leg.1. & in cap. fin. extrà ne cler. vel mona. Limitamus conclusionem principalem
9 non procedere. Primo, quando † venditor denunciasset emptori Bullaris census, quod voluerit tradere sortem principalem,& soluere censum, quia tunc erit licitum emptori post denunciationẽ

S præ-

Digitized by Google

præfatam infra annum dumtaxat repetere sortem principalem, etiam ab inuito venditore, vt expressè decidit text. dictæ Bullæ
10 Papæ Pij Quinti, ibi *volumus per bimestre, &c.* Secundò nisi † emptor census Bullaris impetrasset à Principe licentiam, vt possit simul concurrere cum alijs creditoribus contra bona debitoris tam respectu annualitatuum decursarum, quam sortis principalis, iuxtà doctrinam Bart. in l. cum vnus ff. de bon. auth. iud. poss. quia tali casu licite peteret sortem principalem, etsi impetrata dicta licentia non posset consequi interusuria decursa post licentiam præfatam secundum Petr. de Greg. vbi supra vers. etsi fortè, & auum meum hic referentē ita, vti iudicem decidisse in causa inter dom. Anton. Iacobum Scammacca V.I.D. & Antoninum
11 la Rosa. Tum, ne dicta † licentia duo singularia circa idem contineret. contra l. 1. C. de dot. promiss. l. mulieri, & Titio ff. de cond. & dem. cap. 2. de filijs præsb. Bart. in l. si is qui pro emptore
12 in penult. char. ff. de vsucap. Affl. decis. 299. nu 26. Tum, ne † petitio annui redditus, & sortis principalis simul admitteretur contra iura prohibentia vsuras, vt per Abb. in cap. in ciuitate nu. 8. extrà de vsur. & alios, quos supra citauimus. Sed dubium stat,
13 vtrum, si interuenerit † pactum de petenda sorte principali vitiabitur contractus subiugatorius. & concludimus quod non, quia tale pactum, vti cōtra naturam, contractus vitiatur, & non
c vitiat, [c] vnde, habito dicto pacto pro nō apposito, stabit cōtractus in suo robore, & firmitate secundum Petr. de Greg. hic vers. sexto quæro. Secundo confirmatur ex verbis nostræ Pragmaticæ circa finem, ibi *quibusuis pactionibus incontrarium initis, etiam pœna, aut iuramento firmitatis obsistentibus vllo modo*. Tertiò corroboratur ex decis. Bald. in l. rogasti §. si tibi. col. 2. ff. si cert.
14 petat. & clarius in cap. 1. in vlt. col. de iureiuran. † vbi vult. quòd si mutuaui tibi decem, vt vndecim reddas vitiatur cōtractus mu-
15 tui in eo tantum, quod excedit. Quartò, quia in † diuiduis, maximè in contractibus vtile per vtile non vitiatur l. sancimus. §. si quis autem C. de donat. l. pecuniæ, & l. placuit ff. de vsur. l. cum allegas C. eo. Tiraq. de retr. conuent. in fine nu. 143. fol. 1013.

ANNOTATIONES.

a *Vide late Milanens. decis. 2. nu. 8. & seqq. lib. 2. vbi de more suo refert integra verba Siculorum scribēt. super Bulla, præsertim Petri de*

Digitized by Google

de Greg. à quo multa subtraxit Intrigliol. hic, vt & alibi sæpe.

b *Vanum est in regno hoc argumentum ex Bulla Pij V. de Censibus, quo sæpius in hoc libro vtitur Intrigl. cum per Bullam Greg. XIII. cuius meminimus supra in Annot. ad quæst. 35. litt. A, quoad regnum Siciliæ sit correcta dicta Bulla Pij V. ac dispositum, vt in omnibus, & per omnia seruetur Bulla Nicolai V. eo tantum addito, vt census constitui non possit, nisi facta prius expressa mentione vnius, vel plurium rerum, super quibus census constituatur. Circa quod illud non est prætermittendum contractus factos tempore, quo vigebat Bulla Pij V. non tamen habentes eius requisita, sed tantum requisita in Bulla Nicolai V. confirmata per Bullam Gregorij XIII. valere, & eius vigore posse agi, etiam cum priuilegio Regiæ Pragmaticæ, vt late concludit Milanens. decis. 16. lib. 2. quem refert, ac sequitur Intrigliol. singul. 24. lib. 2.*

c *Adde ad id, quòd pactum, quòd emptor census possit quandocunque sortem repetere, non vitiet contractum censualem, sed vitietur, Milanens. d. decis. 2. nu. 31. qui refert, ita passim seruari in iudicijs, Mastrill. in add. ad Petr. de Greg. de censib. q. 7. nu. 20. Idemq. de pacto, quòd emptor in retrouenditione facienda aliquid percipiat vltra pretium, scribit idem Intrigl. supra q. 8. cui eo loco diximus adstipulari etiam Mastrill. in add. ad Petr. de Greg. de censibus quæst. 7. nu. 18. & nunc addimus Foll. de censib. in ver. nihil vltra percipiatur nu. 15. Quæ vera sunt, quando huiusmodi pacta apponuntur post perfectum, & absolutum contractum. tunc enim, vti quid separatum ab ipso contractu illum non vitiant; sed vitiantur, vt, post Milanens. loco citato, declarat Intrigl. singul. 14. nu. 1. lib. 2. At secus, si apponantur antequàm contractus perficiatur, tunc enim vitiant. Nam, quidquid scribat Intrigliol. hæc pacta sunt contra substantiam cõtractus censualis, ideoq. in eo adiecta, cum non possint contractũ transformare in aliam speciẽ contractus legitimi, reddunt contractum omnino inualidum, vt in terminis probant Felician. de censib. lib. 2. c. 10. nu. 28. Roderic. de ann. redit lib. 2. quæst. 1. nu. 3. 20. & 24.*

Dicuntur autem pacta apponi post perfectum contractum, etiam, si sint adiecta in eodem contractu, modo sint in diuersa oratione, ac postquam fuerint expressa ea, quæ pertinent ad substantiam contractus, vt scribunt Milanens. d. decis. 2. nu. 27. Intrigl. d. singul. 14. Quorum opinio mihi non videtur vera: si quidem contractus, tunc dicitur perfectus, et absolutus, quando totum negotium in mente partium

Digitized by Google

tium conceptum est absolutum, vt post Bolognett. tradit Vinc. de Franch. decis. 369. nu. 8. & quãdo plura pacta sunt in vno, & eodem instrumento, ac sub eodem cõtextu tunc omnia simul, & semel robur sumunt, etiam ea, quæ sunt posita in fine ipsius instrumenti. quia quoad iuris censuram inter contenta in eodem instrumento non datur prius, vel posterius l. contractus vbi Bart. C. de fide instrum. Surd. cons. 217. nu. 9.

Sed, quod attinet ad pactũ quòd emptor census possit sorte repetere, adde illud interdũ valere, ac proinde, nec vitiari, nec vitiare vt cum fit pro maiori securitate census, de quo dicemus infra post q. 82. vbi tãgit Intrigl. eritq. hic alter casus præter adductos hic per Intrigl. in quo licitum est emptori census sortem repetere. quibus alius etiam addi potest, quãdo venditor census dolo versatus est obligando censui rem alienam. poterit enim eo casu emptor, si deinde sciat rem obligatam non esse bonis venditoris, agere aduersus eum, vt pretium restituat, tanquam datum ob caussam, caussa non secuta. Nauarr. de vsur. nu. 118. Roder. d. q. 1. nu. 6. vers. adde alium.

Marcell. Conuersanus. I.C.

QVAESTIO XLIV.

Vtrum sors principalis annui census ex substantia contractus Bullaris requiratur, quod consistat in pecunia numerata.

SVMMARIVM.

1 *Sors principalis vtrum de substantia Bullaris contractus requiratur quod consistat in pecunia numerata.*

2 *Emptionis, & venditionis substantialia tria sunt, pretium, res, & consensus.*

3 *Pretij mentio vbi fit in statutis, vel alijs actibus, intelligimus contractum emptionis, & venditionis.*

4 *Pretium debet interuenire in pecunia numerata, vt dicatur propriè emptio, & venditio.*

5 *Pretij vbi fit mentio in dubio intelligitur de pecunia numerata. Pretium propriè refertur ad pecuniam numeratam.*

6 Pre-

6 *Pretij, pecunia, est forma, & materia.*
7 *Contractus Bullares in quibus loco pretij dantur res consistentes in pondere numero, et mensura, siue alterius generis sunt inualidi.*
8 *Aliud pro alio volente creditore iure optimo solui potest.*
9 *Species loco pecuniæ solui poterit de consensu partium.*
10 *Venditio dicetur impropria si in ipsa venditione loco pretij, interuenerit species, secus si postea numeratione.*
11 *Venditor si habuerit fidem emptori de pretio sortis principalis poterit interusuria decursa non soluta retinere, et si fuerint soluta repetere vti interesse sortis principalis noui soluta, & annullare contractum subiugatorium.*
12 *Venditor iurium censualium si pactitat quod non soluta sorte principali censualia non curant, non dicetur eo casu perfectè vendidisse iura censualia, sed tantum promisisse de vendendo.*

1 VTrum† requiratur de substantia cõtractus Bullaris quod sors principalis consistat in pecunia numerata, & con-
2 cludimus ꝙ sic. debet enim verè pecunia numerari *a*,
b prçsẽtibus testibus, ac notario *b* in actu celebrationis prçdictç, vt expressè firmat Bulla Papæ Pij V. data Romæ anno 1568. & in Regno exequuta anno sequenti in vers. *rursus nisi verè in pecunia numerata, &c.* Et hoc etiam sentit si bene ponderetur Bulla Papæ Nicolai dum facit mentionem de pretio, de re vendenda, & de contractu venditionis, & emptionis, & consequenter consensu, vt in tex. ibi *pro consimili pretio, &c.* & in tex. ibi *super rebus, & proprietatibus suis facultatibus, et emolumentis, &c.* & in tex. ibi
2 *vendendi, & emendi, &c.*† Quæ tria, videlicet pretium, res, & consensus sunt substantialia contractus, emptionis, & venditionis. Petr. Nicol. Mozz. in tract. de contract. tit. de empt. & vendit. de substant. empt. nu. 1. fol. 76. Bal. in l. in ementis nu 3. C. de contrahen. empt. gloss. in verbo ex pretio l. pacta conuenta ff.
3 eo. Fabian. à Monte in tract. de empt. & vend. quæst. 5. princ.† immo cum fuerit facta mentio de pretio in statutis, vel alijs actibus intelligimus esse contractũ emptionis, & venditionis glos. in verbo quis enim l. cum dotem C. de iure dot. gloss. in l. 1. C. de iure Emphyt. l. vlt. vbi glos. C. de præd. Curial. lib. 10. Petr. Nicol. Mozz. vbi supra nu. 16. Aemil. Ferr. conf 4. nu 8. Franc. Becc. consl. 41. Ioan. And. in add. ad spec. tit. de empt. §. nunc videndum

Digitized by Google

dum verſ. ſed pone ſtatutum. Bal. in l.ex conuentione col. 1. C. de pact. Abb. in cap. potuit col.3. verſ. & adduco pro prima extra locat.Roman.conſ.86. col.1. Alex.conſ. 63. col. 1. lib.7. Iaſ. in l.ſi quis ante in 8.not.ff. de acquir.poſſeſs.Corn.conſ.38.col.1. lib.2. Firmian. in tract.de Gabell.quæſt.3.verſ. & de hoc articulo Bertan.conſ.180.circa medium lib.3. Hyppol.ſingul.105.Bar-
4 bat. in rub.extrà de empt.& vendition. † Et pretium debet interuenire in pecunia numerata, vt dicatur propriè emptio, & venditio gloſ. in verbo pretium §.pretium, Inſtit. de empt. & vend. gloſ.1.l. naturalis §. & ſi quidem ff. de præſcr.verb.gloſ. in verbo pretio l.2.ff. de contrahen.empt. gloſ. in l.empti in verbo ſine quantitate C. eod. tit. Et quotieſcunque fit mentio de pretio,in dubio intelligitur de pecunia numerata. Petrus Nicol. Mozz. in tract.de contract. tit. de empt. & vend. de ſubſtan. empt. nu. 15.
5 fol.76. † Quia pretium propriè refertur ad pecuniam numeratā. Bal.conſ.98.col.2.ver.in contrarium lib. 1. repetito in conſ.383.
6 lib.5. Tiraq. de retr. ſangu.§.1. gloſ.14. nu.44. fol.309. Et † pecunia eſt forma,& materia pretij. Bald. in l.1. col.2. verſ. reuer-
7 tamur C.de rer. perm. Vndè iudicamus † inualidos illos contractus Bullares,in quibus loco pretij dantur res conſiſtentes in pon
c dere, numero, & menſura, ſiuè alterius generis [c], cum ex verbis expreſſis dictæ Bullæ Papæ Pij V. requiratur pretium in pecunia numerata, & etiam ex mente Bullæ Papæ Nicolai inducendo, vt ſupra. Quamuis Petr. de Greg. hic verſ.4. requirit: ibi poſſet tamen. (Quem ſequuntur hic Henr. de Med. Iac. rub. & dominus Io.Thomas Intrigliolus genitoris mei frater patruelis in ſuo doctiſſimo prontuario in verbo contractus)ex Bulla Papæ Nicol.teneat contrarium. Ponderando illam in ver.*principalis recepti,ſeu pretij*,& rurſus in ver. *decimam partem recepti,ſeu pretij* quaſi Bulla Nicolai Romani Pontificis non exigat de ſubſtantia Bullaris contractus pretium. Quod (vt diximus) propriè verificatur in pecunia numerata, ſed velit, vt in quacunque re conſiſtat ſors principalis valeat contractus ſubiugatorius, ideo Bulla addidit illa verba *principalis recepti*, & allegat Laur. de Rodul.in tract. de vſur. in quæſt.13. par. 1. Qui etiam illo axiomate confirmant
8 eorum ſententiam. Quod † aliud pro alio, volente creditore,ſolui iure optimo poteſt. eſt tex. in l.1. §. an poteſt ff. de conſtit.pecun. l. item liberatur §. qui paratus ff. quib.mod. pign. vel hypoth.

Digitized by Google

poth. soluat. Instit. in princ. quib. mod. toll. oblig. Ias. in l. 2. §. mutui datio nu. 3. & in fine comment. ff. si cert. petat. Mathes. sing. 113. Bart. & Doct. in l. talis scriptura in princ. ff. de leg. 1.
9 Et in indiuiduo † species loco pecuniæ solui poterit de consensu partium. l. si olei vbi Bart. C. loca. Petr. Nicol. Mozz. de contract. tit. de empt. & vend. de substan. empt. num. 13. fol. 76. gloss. in verbo conuentio l. 2. ff. de contrah. empt. est text. in l. pretij C.
10 de rescind. vend. Ac etiam si interuenerit † loco pretij species in contractu emptionis, & venditionis impropria dicetur emptio, & venditio, licet secus si interuenerit in numeratione. secundum gloss. in dicta l. pretij & in dicta l. si olei Petr. Nicol. Mozz. vbi supra num. 13. & 14 Ex nostra itaque sententia
11 infertur, quod si † venditor fidem emptoris de pretio fuerit sequutus iuxta. §. venditæ versic. sed si is Instit. de rer. diuisio. & l. empti. C. de contrah. empt. poterit censualia decursa non soluta retinere, & si fuerint soluta repetere, vti interesse sortis principalis non solutæ glos. vbi Cagn. in l. curabit C. de action. empt. Bart. in l. fistulas §. qui fundum ff. de contrah. empt. & in l. Iulianus §. offerri vbi Paul. de Castro. ff. de actio. empt. l. fin. in fine ff. de fundo dot. Bald. in l. traditio. in 11. quæst. C. de actio. empt. Abb. cons. 66. vol. 1. in 2. dubio Alex. cons. 173. vol. 2. Aret. cons. 160. col. 6. Ias. cons. 117. vol. 1. in fine Ruin. cons. 144. vol. 1. Corn. cōs. 150. vol. 4. est cōmunis opinio, quam refert Petr. Nicol. Mozz. in in tract. de contract. tit. de empt. nu. 35. fol. 77. de subst. empt. & vend. Gabr. lib. 3. concl. tit. de empt. & vendit. concl. 3. Petr. de Greg. hic q. 5. vers. quarto requiritur, & ex prædictis pe-
d tere annullationem contractus subiugatorij [d], cum ex Bulla Papę Pij Quinti de cens. requiratur, vt pecunia verè numeretur, præsentibus testibus testibus, ac notario in actu celebrationis instru
12 menti prædicti. Etsi † venditor pactitaret, quod interim non soluto pretio sortis principalis censualia nō currerent, nō censeretur eo casu venditio perfecta censualium iurium secundum formam Bullæ, sed potius promissio de vendendo iura prædicta censualia, secundū Petr. de Greg. hic d. vers. quarto requiritur in fine, Tiraq. qui comprobat per plura exempla, in tract. de retract. conuention. in fine sub nu. 41. cum alijs seq. fol. 980.

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIONES.

a *Adde quòd, nisi pretium sit reuera solutum, poterit debitor census opponere exceptionẽ pretij non soluti, quæ admittitur aduersus contractum censualem etiam in prima instantia, vt in terminis probat Graff de except. except. 13. nu. 23. & ante eum Ant. Lanc. in annot. ad pragm. Regis Alphon. censib. nu. 33. & ibidem Ferdin. Bongior. nu. 25. qui illud etiam subdit satis esse debitori negare, licet in cõtractu fuerit confessus pretium recepisse; atqueadeo ad validitatem census non sufficere, quod pretij solutio probetur per confessionem ipsius venditoris. quam opinionem late defendunt Felician. de censib. lib. 1. c. 8. nu. 15. Roder. de ann. redit. lib. 1. quæst. 13. nu. 4. & e nostris Anton. de Ball. iun. ad d. pragm. de censib. q. 18. Ceterum contrarium scribit Milanens. decis. 6. nu. 22. quem simpliciter referunt, ac sequuntur Addent. ad Petr. de Gregor. de censib. q. 5. nu. 181. qui contrariam opinionem ita demum admittunt, si confessio habeat relationem ad aliquam scripturam, puta ad partitam Banci, vel Tabulæ, quæ non reperitur; in alijs vero casibus putant eam non esse veram, ea moti ratione, nam confessio probat veram numerationem. l. pecuniæ vbi Bald. C. de solut. Quæ ratio, meo iuditio, non satis vrget nam, et si regulariter confessio probet veram numerationem, hoc tamen non procedit in materia suspecta, qualis est cõtractus censualis, qui præsefert quandam vsuræ suspicionem, cum, si deficiat aliquod ex eius requisitis, statim dilabatur in vsurariam prauitatem; tunc enim contractus ex sola debitoris confessione, si aliter non constet de vera numeratione præsumitur simulatus, ac fraudulentus, vt scribunt Salic. Castr. & alij in l. per diuersas C. mand. Raph. Comem. cons. 68. Crauett. cons. 145. nu. 7. quod agnoscunt Addent. ad Greg. in 2. impress. d. q. 5. sub nu. 183. vbi videntur mutasse sententiam.*

b *Quid si pretium non fuerit numeratum præsentibus testibus, sed fuerit data schedula Bãcalis, an valeat cõtractus censualis in ijs præsertim locis, in quibus viget Bulla Pij V. vide Farinacc. decis. 10. num. 10.*

c *Ad banc rem an valeat contractus censualis si pretium non interueniat in pecunia numerata sed eius loco detur aliqua res, puta oleũ, vinum, frumentum, vel quid simile, vide late Felician. de censib. lib. 1. c. 4. nu. 10. Roder. de ann. redit. lib. 1. q. 13. Et quid, si census constituendus*

stitua-

Digitized by Google

tuatur pro summa debita, vel pro censibus decursis, vide eundem Latrigliol. infra q. 48. & q. 97. vbi dicemus.

d *Eandem sententiam quòd in contractu census non possit venditor habere fidem de precio, etiam semota Bulla Pij V. probant Feder. Campixan. in ann. ad Pragm. Regis Alphon. de censib. nu. 7. Michael. de Palat. de contract. lib 4. c. 6. vers. quarta autem conditio fol. 309. Felician. de censib. lib. 1. c. 8. nu. 11. Roder. qui de communi testatur de ann. redib. lib. 1. q. 13. nu. 2. vers. tertio moueor, & n. 3. vers. quod autem dixit Felician. late Addent. ad Petr. de Greg. de censib. quæst. 5. num. 213. & in suis decis. decis. 94. vbi sub nu. 9. post Felician. & alios id ampliant etiam si precium fuisset incontinenti solutum, qua tamen in re contrarium scribit Maceratens. var. resol. lib. 1. resolut. 44. nu. 10. cuius opinio confirmari potest tum ex vulgari illa regula, quod ea, quæ incontinenti fiunt censentur inesse, nec videtur haberi fides de precio quando illud est incontinenti soluendum l. 3. vbi Bart. ff. de pign. act. Negus. de pignor. p. 6. mem. 1. nu. 38. vers. aduerte tamen. tum ex eo, quod in simili dicitur de procuratore, ac prælato, qui, etsi non possint vendere, nisi præsente pecunia ad not. per doctores in l. à diuo Pio §. sed si emptor ff de re iudic. possunt tamen habere fidem de precio ad paucos dies, vt tradunt Fulgos. & Alex. in d. §. sed si emptor quos sequitur Gozad. cons. 73 n. 33. tum denique quòd ratio, ob quam statim dicemus cõtractũ censualem faciendũ præsente pecunia, non ita militat, quãdo habetur fides de precio ad paucos dies. Sed, & si habita sit fides de precio ad plures dies, non propterea existimauerim contractũ censualẽ esse omnino inualidum; sed debere potius moderari, ita, vt census pendente dilatione nõ currant, &, si qui sint exacti computentur in sortem. & quoad reliquam partem pretij cõtractus valeat. Nam, si recte aduertatur, vera ratio, ob quam census vendi debet præsente pecunia, ea est, quòd minus iusto pretio dare videtur, qui statim non soluit l. circa legem ff. ad leg. Falcid. prout èconuerso plus dare videtur qui ante tempus soluit §: plus autem Institut. de action. c. 1. de plus petit. vnde contractus censualis factus habita fide de precio perinde videtur iniustus ac, si non interuenisset iustum precium: eos autem contractus censuales, in quibus non interuenit iustum precium lege, vel consuetudine definitum non dicimus omnino nullos, sed potius moderandos, ex magis communi sententia, quam probauimus infra q. seq. litt. E.*

Marcell. Conuersanus. I.C.

T QVÆ-

QVAESTIO XLV.

Quod erit pretium iustum annui census?

SVMMARIVM.

1 *Pretium iustum annui census quod sit. & nu. 8.*
2 *Tex. in extrauag. 1. tit. de empt. declaratur secundum communem intellectum.*
3 *Decima pars pretij capitalis recepti in censibus Bullaribus, cur dicatur legitimum pretium. & nu. 6.*
Denarius numerus perfectus.
4 *Decima bonorum solui pro Dei cultu cur fuit statuta, & non minus vel plus.*
5 *Decima integri pretij soluitur Fisco Regio feudorum alienatorum.*
7 *Cambia mercatorum sunt licita si non excedunt communem consuetudinem.*
9 *Pretium iustum census perpetui est vnum pro xx.*
10 *Pactum de soluendo annuum censum de tertio in tertium non valebit. limitatur nu. 12.*
11 *Pactum quodlibet, vel onus in venditione appositum est veluti quædã pars pretij et ob id res minus viliusq. extimabitur. et nu. 14.*
13 *Pactum quod emptor possit exigere cẽsum Bullarem ab Inquilinis, & possessoribus rerum subiugatarum manu propria non valet.*
15 *Preces quæ interdum adhibentur in venditionibus computantur in pretio.*
16 *Gratis non habemus quod precibus obtinemus.*
17 *Emptor census non habet possessionem neque dominium bonorum subiugatorum, sed tantum quodam vis exigendi censum anno quolibet.*
18 *Census annuus percipitur à manu debitoris, non autem propria manu creditoris.*
19 *Legatum annuum percipitur à manu hæredis, non propria manu legatarij.*
20 *Contractus subiugatorius vitiatur in totum, si census excedit decimam partem pretij, seu capitalis recepti.*
3 fuissent præsentes, quia † citatio per proclama præsentibus dumtaxat præiudicat Maria, Socin. in tract. de citat. art. 25. quæst. quid est effectus citat. in princ. & in quæst. quis poss. cit. & quando, post medium vers. secundo vero casu, Bar. in l. si eo tempore col. 1. vers. an isti creditores C. de remiss. pig. Bart. in extra. vaga. ad reprimendũ in glo. super verbo per edictũ in fine, Bertach. in repert. in verbo citatio per proclama vers. 4. Aualle. consil. 64. nu.
4 33. vol. 2. Ioã. Andr. in clem. grauis de sent. excom. Imò † præsentibus, & ignorantibus citatio prædicta nõ præiudicat quando dilucidè possent probare de ignorantia Bal. in d. l. si eo tẽpore vers. adde tamẽ, vbi etiã Ang. in vers. attende tamen, qui in toto commento dictæ legis transcribit Bal. eius nomine prorsus omisso.

X 2 facit

Digitized by Google

facit cap.cum in tua extrà qui matrim. accuſ. poſſ. Secundo reſtringimus vt procedat reſpectu annualitatum decurſarum tantum, non autem ſortis principalis, quia illius reſpectu nullum ſubiugatarijs cenſetur illatum præiuditium. ſecundum Petr. de
5 Greg.hic in 4.quæſt.prin. in ſextò requiſito in fine. Quia † ſors principalis annui cenſus eſt de mortua vt in tex. noſtræ Bullæ Papæ Nicolai poſt princ. ibi *quam mortua nuncupantur*, & in text. Bullæ Papæ Pij Quinti de cenſibus, ibi *pacta etiam continentia pretium cenſus* Abb. in capit. in ciuitate nume. 8. extra de vſur. Bal. in cap. 1. in vlt. col. extrà de iure iura. vndè ſi comparuiſſent ſubiugatarij nil iuris quo ad ſortem principalem incontrarium deduxiſſent merito eorum reſpectu dicta citatio non eſt præiudicatiua. Alex. conſ. 106. nu. 8. & 9. volum. 5. & eſt bonum argum. eorum quæ not. Maria. Socc. in tract. de citat. in 7. artic. princ. in quibus caſibus non requiritur citatio in 2. caſu fol. 20. Mara. in Spec. aur. par. 6. mem. 1. n. 5. fol. 174. l. ſi cũ ſeruũ §. ſi quis ſeruũ ibi *vt ſi præſes eſſet* & in § ex iuſta ibi *nõ eſt neceſſe vocari* ff. de fideicom. lib. l. recuſare in princ. vbi Alexan. ff. ad Trebell. & in cap. cum olim. ſecundum vnam lect. gloſſ. de re iud. facit etiam Brocardum quod colligitur ex l. 1. §. fina. vbi Salyc. C. de Anna excep. cap. fin. extrà de electione. cap. quia diuerſitatem §. ſi tamen extrà de conceſſ. præben. vel eccl. non vaca. Balb. de præ-
6 ſcript. tit. de præſcr. rer. imm. nu. 42. fol. 205. † concurſus autem creditorum quando dicatur fieri vide ſcrib. ſuper Ritu cap. 18. & Bart. in l. cum vnus ff. de bo. auth. iud. poſſid.

ANNOTATIONES.

a *An huiuſmodi citatio noceat clericis, alijſq. perſonis Eccleſiaſticis, quando ſit coram iudice laico, vide late Surd. deciſ. 26.*

Marcell. Conuerſanus I.C.

QVÆSTIO XLVIII.

Vtrum cenſualia poſſint in ſortem computari?

SVMMARIVM.

1 *Cenſualia vtrum poſſint in ſortem computari.*
2 *Vſura præterita vel futura non poſſunt in ſortem conuerti.*

Vſu-

Digitized by Google

3 *Vsura vsurarum prohibentur exigi.*
4 *Lex imponitur rebus non verbis.*
5 *Quod directè fieri non valet indirectè fieri prohibetur.*
6 *Fraudibus via non debet aperiri.*
7 *Contractus vsurarius maximè præsumitur ex suspitione personæ.*
8 *Fructus rei venditæ iusto pretio cum pacto de retrouendendo emptoris lucro cedunt.*
9 *Fructus in contractibus reprobatis sortem extenuant.*



Trum censualia possint in sortem computari, & hæc quæstio (amantissime lector) potest dupliciter con-
1 siderari † Primo modo, vtrum fructus primæ subiugationis reduci posint ad sortem, ita quod pro eis fiat noua subiugatio, & consequenter currant censualia, tam sortis primò datę, quàm fructuum illius ad ipsam met sortem antiquam nouiter vnitorum, & isto modo intelligendo
2 dico quod non possent in sortem computari. Primo per tex. Bullæ Papæ Nicolai circa finem ibi *pensionibus, seu annualitatibus illorum in sortem non computatis*, etsi ista verba realiter, non fuerint pro lata secundum istum primum intellectum. Secundo per text. Bullæ Papæ Pij Quinti de censibus datæ Romæ anno 1568. & in hoc Regno exequutę anno 1569. ibi *imò, & censum augeri, & nouum creari, super eadem, vel alia re, in fauorem eiusdem, aut personæ per eum suppositæ pro censibus temptoris, vel præteriti, vel futuri, omnino prohibemus.* Tertio quia de iure communi
2 etiam † vsuræ præteritæ, vel futurę non debent in sortem conuer-
3 ti est text. ad literam in l. fin. C. de vsur. † ne alias legibus prohibentibus vsurarum vsuras fieret fraus l. placuit ff. de vsur. l. si non sortem in princ. ff. de cond. in debi. l. improbum C. in quibus cau-
4 sis infamia irrogatur l. fin. C. de vsur. rei iud. in princ. sic † enim videretur verbis non rebus legem impositam contra l. 2. in fine C. comm. de legat. & dict. l. fin. C. de vsur. circa medium l. 1. C. de dedit. lib. toll. l. fin. C. quę res pigno. obl. poss. l. 3. C. de liber. prę-ter. l. 3. §. conditio ff. de adim. lega. cap. quarto extra de priuileg. cap. commissa de elect. lib. 6. Quod absque dubio procedit quando censualia præterita non fuerunt creditori numerata, & prætenduntur in sortem conuerti, sed quid si verè fuerint numerata creditori, vtrum possit venditor iterum illis repetitis ad tãtun-

dem

Digitized by Google

dem augere annuum cẽsum gloss.fin.in dicta l fi.C.de vsur.quam videtur ibi sequi Albe.de Ros. dixit, quòd sic Contrariam nihilominus sententiam in proximo puncto iudicamus veriorem, quam intrepidè tenet Bald in dicta l.fin.tum argu.l. qui sic soluit
5 in fine ff. de solut.tum ne quod † directè prohibetur, indirectè fieri valeat contra l.si duobus vbi gloss.vlt ff.de nego gest. l. vlt. C.si man.ita ven.ne prost.cap.detestanda de præben.lib.6.Tiraq.
6 de retract.sangu.§.1.glo.14.nu.17.tum ne † fraudibus via aperiatur l.in fundo ff.de rei vend.clem.1.vbi Card.de vsur.clem.2. in fine,vbi etiam Cardin.de concess.præben.Man. Costa in cõsil. impresso cum tract.de contract.Petri Nicol.Mozz.titu.de socie.
7 nu.5.fol.115.maximè si † aliqualis suspitio fœnoris cadat in personam emptoris arg.cap.illo vos in finalibus verbis extrà de pignor. & eorum quæ not. meus conciuis dom. Abb. in cap.ad nostram nu.9.in fine extrà de empt.& vend. Secundo modo intelligitur nostra principalis quæstio vtrum annualitates debeant in sortem computari taliter quod diminuant sortem. Puta quia sors principalis erat vntiarum centũ,& venditor persoluit quinquaginta pro interusurijs decursis an dando alia quinquaginta dictis pensionibus in sortem computatis fieri debeat retrouenditio per emptorem, & dico quod non, secundum verba Bullæ Papę Nicolai superius ponderata quæ magis huic postremo intellectui sunt quadrantia,cuius Bullæ dispositio est iuri communi cõ-
8 formis volenti,fructus rei venditæ iusto pretio†cum pacto de retrouendendo emptoris lucro cedere, nec in sortem computari l. 2.C.de pact.inter empto.& vend.vbi Cagno.num.7.glo.in verbo quod patet cap.ad nostram vbi Abb.nu.8.extrà de empt. & ven. Archid.in cap.plerique 14.quæst.3.cap.Regni 214. Regis Char. circa medium, ibi *& li frutti percepti* tit.quod pactum de retrouendendo in alien.rer.fol.505.glo.in cap.conquęstus de vsur.cir-
9 ca medium attamen verum est,quod †in contractibus reprobatis fructus sortem extenuant.Tiraq.de retra.sang.§.15.glo.3. nu.1. in fine Bart.in l.emptor nu.2.ff.de rei vend.cap.cum contra extra de pignor. cap. 1. cap. 2. & capit. conquæstus extra de vsur. l.1.& 2.C.de pigno actio.& l.si conuenerit ff. eo. l.1. & vlt. C. de pignor.Cagno.in l.2.sub nu.10.C.de pact.inter emp.& vend.

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIONES.

a *Eandem conclusionem, quòd, etiam semota Bulla Pij V. non possit constitui census pro pensionibus decursis, probant Petr. de Gregor. de censib. q. 5. num. 37 & 38. Rebuff. ad constit. Gall. tom. 2. tit. de constit. redit. art. 1. gloss. 5. qui refert in Senatu Parisien. quotidie annullari reditus ex huiusmodi caussa, Felician. de censib. lib. 1. c. 9. num. 16. vers. septimam conditionem. Verum contrarium docent Molina de contract. disp. 390. in fine Anton. de Ball. ad pragm. Regis Alph. de cens. q 6. fol. 281. vbi late respondet ad adducta per Intrigl. hic, & clanculum Milanens. decis. 8, nu. 359. lib. 1.*

Marcellus Conuersanns I. C.

QVAESTIO XLIX.

Vtrum pactum de retrouendendo sit de substantia contractus Bullaris?

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo vtrum sit de substantia contractus Bullaris, & num. 3.*

2 *Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij quod non ascendit ad dimidiam veri valoris, etiam quod emptor non fuerit solitus fœnerari facit præsumi contractum fœneratitium.*

Exactio reddituum rationabilium sortis demortuæ absque pacto de retrouendendo permittitur, nec redditur contractus feneratitius.

4 *Ablatiuus absolutus importat conditionem.*

5 *Conditio inducit formam.*

6 *Forma debet ad vnguem seruari.*

7 *Decima pretij principalis in annuo censu Bullari quare fuit taxata.*

8 *Pacta apposita in in venditionibus in fauorem venditorum minunt valorem rei venditæ.*

Pactum de retrouendendo, etsi non fuerit expreßum in contractu subiuga-

subiugatorio secundum formam Bullæ tacitè nihilominus comprehensum intelligitur, pro consimili pretio.
Relatum est in referente cum omnibus qualitatibus suis.
9 *Pacto de retrouendendo annuum censum non potest præscribi aliquo temporis spatio.*
10 *Iuri offerendi quod cohæret exceptioni non præscribitur.*
11 *Præscriptiones sunt introductæ, vt per eas obuietur iuri agendi non autem iuri excipiendi.*
12 *Solutio cuiuslibet annuæ pensionis interrumpit præscriptionem.*
13 *Lex quando permittit aliquid fieri sine præfinitione temporis, videtur illud permissum vt perpetuò fiat.*
14 *Pactum de retrouendendo est omni iure permissum, diuino, videlicet ciuili, & canonico.*



1 VTrum † pactum de retrouendendo sit de substantia contractus Bullaris, & videtur prima facie quod non sit de substantia contractus, Quia † præfatum pactum cum modicitate prætij quod non ascendit ad dimidiam veri valoris, etiam, quod emptor nõ fuerit solitus fœnera-
2 ri facit præsumi contractũ in quo adijcitur fœneraticium *a* glossa circa finẽ in c. cõquæstus extra de vsuris Abb. cons. 76. libro 1. colum. 2. circa medium vers. & nimirum quod etiam, vbi dicit communem opinionem, qui subdit quod ita aliàs consulnit per plures rationes, & etiam legendo tenuit, Alex. cons. 46. col. 1. vers. & sic nihil aliud vol. 3. repetito in cons. 64. vol. 6. vbi dicit hanc opinionem magis communem, & animæ tutiorem Affl. decis. 40. nu. 17. vbi dicit esse communem opinionem. & decis. 65. nu. 2. vbi refert ita fuisse iudicatũ & decis. 339. Alb. in l. em. qui refert se de facto obtinuisse corã magnis, & peritis iurisc̃osultis C. plus vale quod agitur secundum quam opinionem vidi iudicatum in magna curia Messanæ existente. Quicquid dicant Ruin. & Dec. ille in cons. 16. nu. 11. vol. 4. iste cons. 648. sub num. 3. tenentes esse necessarium tertium requisitum, vt sit solitus fœnerari. Indè est secundum aliquos quod Bulla Papæ Nicolai adijcit illa verba *instrumento gratiæ pro consimili pretio mediante* vt tolleret suspitionem, quam alias pactum prædictum inducere solebat in contractibus, casu quo voluntarie apponeretur, nõ autem significant

vt de

Digitized by Google

vt de necessitate apponi debeat per contrahentes, quia exactio redditVum rationabilium sortis demortuæ absque pacto de retrouendendo permittitur nec redditur contractus fœnera·ius Abb.in cap.in ciuitate num.8.extra de vsur.Alex.in l.item quia §.idem Iuliano nu. 2. ff.de pact.vbi dicit communem opinionem Petr.de Greg.hic in 4.quæst.prin.vers.octauo requiritur ibi hoc pactum. Contrariam sententiam in themate proposito iudicamus veriorem

3 † vt pactum de retrouendendo,seu vt nonnulli dicunt de reuendendo (quo verbo Vulpianus vtitur in l. Iulianus

b ait ff.de bon.libert.)sit substantiale in contractu Bullari *b* est tex. Bullæ Papæ Pij Quinti de censibus ibi *sed etiam posse per idem pretium, extingui, &c.* est tex.in extrauag. 1.Mart. vers.& semper in ipsis contractibus, & in extrauag.2.Calixti vers. hoc adiecto tit.de emp. & vend. & est text.nostræ Bullæ Papæ Nicolai eam subtiliter ponderando ibi *pro consimili pretio illa redimendi me-*

4 *diante.* Quasi iste † ablatiuus absolutus *mediante* importet conditionem, vt per Docto. magis communiter in rubri. ff. solu-

5 to matrimo. & † conditio inducit formam, & sollennitatem Bald.in auth.matri, & auiæ colum. 1.C.quando mulier tut.offi.

6 fung.poss. Tiraq.de retr.sang.§. 1. gloss. 21.num. 13.Et † forma debet ad vnguem seruari de necessitate maximè data à statuto recedente à iure communi(prout hic sumus) Bal.in l.2.nu.12 C. quomo.& quan.iud.& in l.ordo nu.8.C.de exequut rei iud.Dec. cons.322.nu.3.vol.2.Bald.Ang.Imol.Paul de Castro. & recentiores in l.1.ff.de lib.& posth.Tiraq.de retr.lign §.1.glo. 21. nu. 10.

7 in fine † Et non esset apponere os in cœlum, si diceremus, quòd vna ex causis quibus Summus Pontifex motus fuit ad taxandum annuum censum ad rationem decem pro quolibet centenario, vt in text.Bullæ Papæ Nicolai ibi *dummodo decimam partem principalis recepti,&c.* fuerit hoc pactum de retrouendendo de neces-

8 sitate in contractu Bullari adijciendum, Quod † pactum, sicut cætera in venditionibus adiecta in fauorem venditorum minuit valorem rei venditæ l. fundi partem ibi *ideo vilius fundum vendidisti* vbi glo.in verbo vendidisti ibique Bal.& Saly. ff.de contr. empt.l.si sterilis §.si tibi ff de actio.emp.l.iurisgentium §.quinimò ff.de pact. l. cum §.vlt.ff.de in diem adiect. est text. omnium optimus, in l. si venditor §. si quid emptor in fine ff.de seru. export.quam metam forsan non imposuisset,si vti substantiale di-

ctum pactum apponi in hisce contractibus non deberet. Vndè infertur quod licèt in contractu subiugatorio secundum formam Bullæ contrahentes non apposuerint pactum prædictum de re-
c trouendẽdo, nihilominus tacitè comprehensum intelligitur c pro consimili pretio quia relatum est in referente cum omnibus qualitatibus suis. Bart. in l. 1. §. 1. ff. si famil. furt. fec. dic. Abb. in cons. 28. nu. 3. lib. 1. Alexand. cons. 75. nu. 4. lib. 7. Socc. sen. cons. 227. sub num. 9. vers regula autem est libr. 2. Dec. cons. 532. num. 4. vol. 4.
9 Tiraqu. de ll. cõnub. in ver. exper. glos. 7. nu. 183. Nec † pacto prædicto de retrouendendo annuum censum potest aliquo temporis
d spatio etiam innumerabili præscribi d vt expressè firmat Bulla Papę Pij Quinti in loco superius allegato. Couarr. lib. 1. varia resol. cap. 9. num. 8. fol. 163. & magis communiter scrib. hic. tum quia istud pactum de retrouendendo est coniunctum exceptioni, quæ tendit circa oblationem effectiuam sortis principalis, & libera-
10 tionis à censualibus futuris. † Quę exceptio cum sit perpetua cõsequenter, & ipsum ius offerendi quod ipsi exceptioni coherent debet esse perpetuum. Dec. in l. petens sub num. 7. C. de pact. & consil. 164. sub nu 4. volum. 1. Bartol. in l. pignori rem in 2. membro distinctionis ff. de vsucap. qui allegat l. Paulus §. 1. ff. quib. caus. pigno. vel hypo. solua. iũcta l. purè §. fin. ff. de dol. except. & l. licet C. de except. Tiraquell. de retr. conuent. §. 1. gloss. 2. sub num. 29. Anto. de Butr. in cap. quoniam frequenter in fine vt lite non contest. Signorol. cõs. 139. col. 1. Aret. in §. actionum nu. 119. post principium, & in fine insti. de actio. Corn. in l. licèt sub nu. 4. C. de iur. delib. est communis opinio quam refert, & sequitur Balb. in tract. præsc. in 2. quęst. 4. par. 5. par. princ. circa medium ibi cõclusiuè dico fol. mihi 120. Fan. in tract. de pign. 5. par. 3. mem. nu.
11 52. & 53. fol. 114. tum quia † præscriptiones sunt introductæ, vt per eas obuietur, occurraturq; iuri agendi, non autem iuri excipiendi l. sicut C. de præscrip. 30. ann. & not. in l. 1. C. si aduers. creditor. & in l. 3. C. quod met. cau. Tiraq. de retr. conu. §. 1. glo. 2. nu. 30. & Couarr. lib. 1. resolut. cap. 9. nu. 8. Quo fit, vt æquum iurique consonum sit, eas præscriptiones non impedire ius illud excipiendi ad cuius conseruationem sunt introductæ l. legata ff. de leg. 1. l. cũ tale §. vlt. ff. de condit. & demo. l. 2. §. vlt. C. de iuram.
12 cal. tum quia † præstatione cuiuslibet annuæ pensionis interrumpitur præscriptio, quia intelligitur tacitè facta ex titulo præcedenti,

Digitized by Google

denti, & ad illud refertur glo.in l.2.C.de acquir.possess. Bart. in l.cum solus ff.de vsucap.Socc.cons.15.lib.4.Couarr.lib.1.resolu. cap.9.nu.8. & titulus habet illam qualitatem redemptionis quæ in qualibet præstatione est repetita saltim tacitè,meritò ratione huius interruptionis non potest extingui , nec tolli præscriptione temporis ius hoc reddimendi annuos redditus , tum denique
13 quia quando † lex permittit aliquid fieri sine præfinitione temporis(prout in nostra Bulla in qua permittitur facultas redimendi censum annuum pro consimili pretio simpliciter , & absque temporis expressione) videtur illud permissum vt perpetuò fiat: Bartol.in l.fine prçfinito ff.de pœn.est tex.in l. seruus C. de pœn.
14 Nec deseram pro complemento huius quæstionis,quod† pactum prædictum de retrouendendo est omni iure permissum . Diuino videlicet, Ciuili , & Canonico. Quod diuino iure sit permissum est tex.in cap.25.Leuit.Ancha.cons.30.Cagno.in l.2.sub num. 7. C.de pact. inter empt. & vend. Quod iure ciuili est text.in dicta l.2.vbi nuncupatim Ang.& Paul.de Castro.Quod iure Canonico est gl.in cap.ad nostram vbi Abb.extra de empt.& vend.& in cap. conquæstus extrà de vsur.Arch.in cap.plerique 14.quæst.3. Tiraqu.de retr.conuen.in præfatio nu.2.3.& 4.cum concordan.

ANNOTATIONES.

a *Vide latissime Mascard.de probat.concl.1142.Menoc. de præsumpt.lib.3 præsũpt.122.nu.30.et seqq. Rot.Lucen.diuers.decis.60. Facbin. controuers. iur.lib.2.cap.12. Ceuall. comm. contra comm. quæst.221.Felician.de censib.lib.1.cap.6.num.13.*

b *Idem voluit Petr.de Gregor.de censib quæst.5.num.29.Couar. var.resolut.lib.1.cap.9.nu.8 vers.postremo,Roder.de ann.redit lib. 1.quæst.6.nu.44.& quæst.17.nu.76.& est commune placitum omnium scribentium,vt referunt Addent.ad Petr.de Gregor.d.quæst.5. num.262.*

c *Vide late Addent. ad Gregor.d.quæst.5.nu.260.& seqq.*

d *Adde Folle.de cẽsib.in verbo.instrumẽto gratiæ n.16.Pet.de Greg. d.quæst.5.nu.42.Roder.de ann.redit.lib.1.quæst.6.n.44. & quæst. 17.nu.76.Feder.Mart.de iure cens.cap.8 nu.108.eundem Intrigl. supra quæst.5.nu. 15. Et generaliter an pacto redimendi semper &*

Y 2 quan-

Digitized by Google

quandocumque praescribatur spatio longissimi temporis, vide late Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. gloss. 2. nu. 6. & seqq. Couar. d. cap. 9. Roland cons. 21. lib. 2. Mynsin. singul. obseru. cent. 1. obseru. 16. Menoch. cons. 143. lib. 2 Lup. in l. 2. nu. 99 C. de pact. inter empt. & vendit. Facbin. controuers. iur. lib. 2. cap. 13. Feder. Martin. d. cap. 8. nu. 97. & seq. Ceuall. comm. contra comm. quaest. 207.


Marcellus Conuersanus I. C.

QVAESTIO L.

Vtrum exceptio iure familiaritatis admittur in Bullae.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio iure familiaritatis an admittatur contra exequutionem census Bullaris nu. 2. & 4.*
3 *Coloni & Inquilini non possident sibi, sed dominis.*
5 *Familiaris ingrediens fundum causa familiaritatis, non possidet, neque detinet, cum ad haec intentum animum non habeat.*
6 *Domini possidere possunt per familiares, & amicos.*
7 *Exceptio falsitatis, etsi super ea sit incboatum iuditium criminale non retardat exequutionem census Bullaris.*



1 VTrum † exceptio iure familiaritatis admittatur contra exequutionem census Bullaris. Et quidam te-
2 nent † quod non Socc. cons. 113. vol 4. Paris. cons. 98. nu. 19. lib. 2. Pro quibus facit arg. quia Pragmatica nostra dat exequutionem contractui Bullari, etiam contra tertios detentores bonorum subiugatorum, & cōsequen-
3 ter contra Inquilinos, & Colonos, † qui non possident sibi, sed dominis l. peregre §. quibus, & l. qui vniuersas §. quod Colonum, & l. si de eo §. 1. ff. de acqui. poss. l. cum in plures §. haeredem ff. loca At familiares, & amici in fundo, vel domu ingressi non possident sibi, sed dominis l. generaliter autem, ibi *amicus* ff. de acquiren. possessio. ergo pariter videtur concedenda exequutio contra eos
4 † Contrariam sententiam ommissis disputationibus iudicamus verio-

veriorem, vt admittatur exceptio prædicta contra exequutio-
a nem contractus Bullaris *a* quam in terminis tenet Paul.de Ca-
ſtro in l. qui iure familiaritatis nu. 4. ff.de acquir.poſſ.Petrus de
de Grego.quæſt.6.verſ.tertium priuilegium eſt ibi, item intel-
5 ligo, & magis magis communiter ſcrib. hic † Quia ingrediens
fundum, vel domum cauſa amicitiæ, ſeu familiaritatis non poſ-
ſidet, neque detinet, cum ad hæc intentum animum non habeat
d.l.qui iure familiaritatis, vbi Bart. Paul.de Caſtr. Alex.Imol.
Angel.& Alb. Bertach. in reper. in verbo poſſeſſio apud quos ſit
vel non n.20. verſ. 5. & illam l. generaliter autem ff.de acq.poſſ.
6 intelligas, quando familiaribus, & amicis † fuiſſet & commiſſa
cuſtodia à dominis vt per eos poſſiderent ſecundum gloſ. & Alc.
ibid. Reſtringimus tamen noſtram, & communem ſententiam
procedere, quando teſtes expreſſè depoſuiſſent conuentos tene-
re rem ſubiugatam iure amicitiæ, ſeu familiaritatis,vel taliter,
quod ex eorum depoſitione colligatur exceptio prædicta, puta,
quia depoſuerint tenere, & poſſidere, patrem, & filium, domi-
num, & famulum, ſeu amicum, ſecus verò, ſi ſimpliciter teſtatī
fuerint de poſſeſſione, ſeu detentatione, in perſonam ſolius filij,
vel ſolius famuli,ſeu amici, vel ſolius mariti, ex quorum depo-
ſitione non poſſet coniecturari præfata exceptio, quia tunc non
b admitterentur ad probandum contrarium, *b* videlicet quod præ-
fati ingreſsi fuerint locum iure familiaritatis, per text. noſtræ
7 Prag.ibi *quæ quidem exequutio, &c.* nec † ſuperſederetur in exe-
quutione, quamuis pendeat iuditium criminale circa teſtium
falſitatem, vt in tex.eiuſdem Pragm. ibi *falſitatis, &c.*

ANNOTATIONES.

a *Idem poſt Hieron.Fim.Bongior.& alios tradit Milanenſ. deciſ. 3.nu.20.&68.lib.2.Anton.de Ball.ad prag.Regis Alphonſi de Cenſib.quæſt.7.nu.2.*

b *Adde, hoc verum,quando quis vellet probare poſſeſſionem iure familiaritatis per teſtes: ſecus ſi velit probare per publica inſtrumenta. tunc enim admittitur,vt late concludit Milanenſ.deciſ.3.num.130. & ſeqq.lib.2. Immo,ſi teſtes ſimpliciter depoſuerint de poſſeſſione, in quo caſu loquitur Intrigliol. puto,reum abſoluendum; nec neceſ-*
ſarium

Digitized by Google

sarium sibi esse, vt probet se possidere iure familiaritatis. non enim sufficit creditori, vt obtineat contra tertium detentorem rei subiugatæ simpliciter probare, quòd conuentus detineat, nisi etiam probet, illum detinere iure proprio, & ita, vt merito contra eum agi possit vigore pragmaticæ, vt scribit idem Milanens. decis. 8. nu. 18. lib. 2.

Marcell. Conuersanus. I.C.

QVÆSTIO LI.

Vtrum creditor antiquior poterit opponere de priuilegio anterioritatis contra exequutionem censualium.

SVMMARIVM.

1 *Creditor antiquior, qui sibi adiudicauerit bona subiugata, vtrum poterit opponere de anterioritate priuilegij contra posteriores creditores exequutionem contra eum exercentes. & nu. 2. & 5.*
3 *Creditor antiquior non potest impeti à posteriore creditore, nisi debitum offerat.*
4 *Prior in tempore potior in iure, in agendo, excipiendo, & replicando.*
6 *Citatio præiudicat, & afficit citatum.*



Trū antiquior creditor Bullaris, qui, siue pro annualitatibus † siue pro sorte principali, sibi adiudicauerit bona subiugata poterit opponere de anterioritate priuilegij ad effectū, vt impediatur exequutio causata contra eum, ad instantiã posteriorum creditorum. Et videtur † quod sic *a* per tex. in l. 1. in 2. casu C. si antiq. cred. pign. vend. Affl. decis. 16. sub nu. 2. l. 1. l. si fundum l. prior l. creditor qui prior in prin. C. qui potio. in pign. habean. l. qui balneū in prin. l. potior in princ. ff. eo. reg. qui prior. de reg. iur. libr. 6. l. quotiens vtriusque ff. eo. Negusan. de pignor. par. 5. mem. 2. nu. 1. & 2. fol. 93. in quibus iuribus legimus † antiquiorem creditorem impeti non posse à posteriore, nisi debitum offerente † cum prior tempore potior in iure reputetur, non solum in agendo, verum etiam

exci-

Digitized by Google

5 excipiendo, & replicando † Contrariam ſententiam in themate propoſito iudicamus veriorem, per tex.expreſſum Pragma. Regis Alphonſi de Cenſ. ibi *quæ quidem exequutio*, *&c.* vbi diſponitur, quod exequutio cenſus Bullaris non debet impediri, differri, aut retardari cuiuſcunquè exceptionis obiectu in prima iuditij inſtantia, præter quam realis ſolutionis authenticis documentis, vel alijs ſcripturis plenam fidem facientibus oſtenſæ. Quamuis Petr.de Gregor.hic in 6.quæſt.prin.verſ.præterà in fine cogitandum relinquat, verens quod Pragm.prædicta non tol-

6 lat ius anterioris creditoris.† Niſi in traſmiſſione primi decreti, & in cæteris ſollennibus adiudicationis fuerint citati ſecūdi creditores, quia tunc in bonis adiudicatis, tam in ſorte principali quam in cenſualibus præteritis, & futuris dicimus eis fuiſſe generatum præiuditium, ſecundum Alex. in l.de vnoquoque num. 17.in fine vbi Doct.ff.de re iud. Auall. conſ.76.nu.30.vol.2. Marian.Soc. in tract.de citat.art.31.prin.in 1.effec.Auum, & genitorem meum. Henricum de Medic. Iacob.rub. & magis commu-

b niter ſcrib. *b*

ANNOTATIONES.

a *Hæc opinio, quidquid dicat Intrigl. eſt verior, & magis communior, ſiquidem exceptio poſſeſſionis ex cauſſa anteriori æque priuilegiata admittitur, etiam in prima inſtantia, vt, poſt Iacob.Chirc. & alios, ſcribit Milanenſ.dec.1.nu.173.lib.2. Anton.de Ball.ad pragm. Regis Alph. de cenſib.q.2.num.10.vbi hanc opinionem dicit communem, & veriorem, & ſeruari in Magna Curia, late Maſtrill. in addit. ad Petr.de Gregor.q.6.num.92. & deciſ.37. circa princ. vbi refert ſecundum hanc opinionem pluries iudicatum, nec admitti hodie inter probos Iudices hac de re controuerſiam. Quid autem ſi creditor ſibi accollaſſet debitum poſterius, & ſic poſsideat ex cauſſa partim anteriori, partim poſteriori, an poſsit opponere huiuſmodi exceptionem, vide late Maſtrill. d.deciſ.37.*

a *Quamuis Intrigl. hic dicat hanc eſſe magis communem ſententiā Siculorum ſcribentium ſuper Bulla, tamen ex ſcribentibus, qui haberi poſſunt, nemo hoc dicit, quod aduertit etiam Milanenſ. deciſ.1. num.175.lib.1. Eſtq; hæc Intriglioli cōſuetudo, ſicut alibi ſcribit Milanenſ.*

Digitized by Google

lanenf. vt communiter à Siculis scribentibus receptum testetur, quod nulli, aut rari dicunt, cum enim illorum scripta adhuc non essent typis excusa liberam sibi existimabat facultatem mentiendi.

Marcell. Conuersanus. I.C.

QVAESTIO LII.

Vtrum possessores rerum subiugatarum conueniantur in solidum an pro rata.

SVMMARIVM.

1 *Possessores rerum subiugatarum vtrum conueniantur insolidum an pro rata & nu. 6. 7. 9. 10. 11.*
2 *Textus l. moschis in princ. ff. de iure fisci declaratur nu. 14.*
3 *Concessio simpliciter facta semper refertur ad supplicata.*
4 *Dictio* omnes *est collectiua.*
5 *Possessores rerum vsurarij coguntur pro rata nō autem insolidum, quia tenentur ad vsuras contra regulas iuris ex sola equitate Canonica.*
8 *Hypoteca est indiuidua.*
12 *Creditor, & debitor sui ipsius quis esse non potest.*
13 *Dolo facit qui petit quod statim restiturus est.*
15 *Dictio* omnis *quando ponitur in numero singulari, stat distributiue, quando verò in numero plurari stat collectiuè & 16.*

SI fuerint plures qui possideant plura prædia subiugata ad annuum censum Bullarem, nec fuerint principales venditores census prædicti, nec venditoris hæredes, sed
1 tertij verum † pro annualitatibus conueniri valeant insolidum,
2 an pro rata * & videtur quod pro rata conueniri debeant. Primo per tex. secundum aliquos in l. Moschis in princ. ff. de iur. fisci, vbi
3 † Paulus I.C. refert Moschidem fisci debitricem ex vectigalium cōductione hæredes reliquisse à quibus diuersa prædia hæreditaria emerant Faria, Seuilla, & aliæ, quarum nonnullæ, cum à fisco conuenirentur coram Imperatore, allegabant prius hæredes

des Moschidis conueniri debere, & omnes alias, quæ ex eiusdem bonis emissent. Imperator tandem decidendo quæstionē respondit hæredes prius conueniri debere, deinde in reliquum possessorem omnem, vt (secundum tenentes istam partem) viriliter conueniantur. Tum quia duo allegabant emptoris hæredes, idoneos prius esse conueniendos, & postea, eis repertis non idoneis, omnes alios emptores prædiorum Moschidis, & ad vtrumque videtur responsum.
3 Quia † concessio simpliciter facta semper refertur ad supplicata. Maran par. 4. 9. dist. n. 6. fol 92. Ias. in l. 1. nu. 7. C. de diuers. rescrip. Alex. cons. 84. in vlt. col. vers. nec ad vltimū hoc vol. 1. Bald. in cap. inter dilectos § cæterum in antepen. col. extra de fid. instr.
4 Tum quia † dictio *omnes* in d. l Moschis apposita est collectiua, secundum glo & Doct. in l. si plurib. ff. de lega. 2. Secundo per textum l. apud eos § & quia C. de debit. ciuit. lib. 11. vbi tertij possessores bonorū debitoris ciuitatis conueniuntur pro rata extimationis dictorum bonorum, si debitor principalis non reperitur idoneus. Tertio per notab. doctrinam Bal. in cap. 1 §. similiter sub nu. 2. vers. extra nota de controuersia inuestit.
5 in vsib. feud. quod, si fuerint † plures possessores rerum vsurarij tenentur ad vsuras pro rata, non autem insolidum, quia coguntur soluere vsuras, vel rem dimittere contra iuris regulas, ex quadam æquitate Canonica, & all. l. 1. secundum vnam mirabilem, & singularem lecturam C. de conuen fisci debitorib. lib. 10. & Innoc. in cap. quia frustra in fine extra de vsur. at exequutio pro censualibus cōtra tertios possessores datur ex speciali priuilegio à nostra Pragmatica contra regulas iuris communis, merito videtur pro rata conueniendos arg l. quod contra rationem ff. de reg iur. & cap. quæ à iure communi eod. tit libr. 6. & hanc
6 partem † tenuerunt in terminis terminantibus Couarr. lib. 3. resolut. cap 7. nu. 8. Afflict. in const Regni vti æquam rubr. 17. num. 26. lib. 1. Ioan. Faber. in §. item si quis in fraudem col. pen. vers. sed quid si debitor Instit. de action. Cassan. in consuet. Burg. rubr. 5. §. 2. nu. 35. & 37. Guid. Papa quæst. 432. nu. 3. in fin. cap. constitutus vbi Abb. nu. 8. & Anchar. nu. 13. extrà de relig. dom. Contra-
7 rium nihilominus opinionem iudicamus veriorem † vt dicti possessores bonorum subiugatorum conueniri valeant insolidum. Negusan. in tract. de pig 8. par. princ. 1. mem. nu. 48. & 49. Petr. de Greg. hic quæst. 6. vers. quarto aduertendum est. Corn. cons. 135.

Digitized by Google

in fine vol 1. Iaſ.in §. item ſi quis in fraudem nu. 128. Ioann.Ferr. in pract.libell.reſpo.ad action hypot. §. exceptionem nu. 24. Specul.tit.de obli.& ſolutio §. 1. nu. 46. verſ. item debitor meus obligauit mihi, Roma. conſ. 128. nu. 1. Alber.Gale.in Margar.tit.de pigno.verſ de ratione quod habeo debitorem, Henricus de Med. Iacob. Rub.& magis communiter ſcrib. hic, & Auus meus, qui dicit hanc opinionem receptiſſimam, & nunquam in Catinenſi
8 foro in dubium reuocatam. Quibus etiam ſuffragatur, quod † hypoteca indiuidua eſt l.qui pignori ff.de pignor.l.in exequutione §.item ſi ita in fine ff de verb.obligatio.l. 1. C. de luit. pigno. l. quandiù & l. vnus C. de diſtr. pign.l. 2. verſic.nam ſi C.debito vend.pigno.&c.l.hæredes §. idem iuris verſ. idem obſeruatur & l.his cōſequenter §. Celſus ff.famil.herciſ.l.ſi neceſſarias §.ſi vnus & l.ſolutum §.ſi creditor ff.de pignor.actio.l. 1.& 2. C. ſi vnus ex plur hæred. Intelligas tamen (lector amantiſsimè) noſtram concluſionem principalem procedere, quando res ſubiugata per ter-
9 tium poſſeſſa debito æquiualeret, † ſecus ſi minus valeat, quia
b tunc non tenetur inſolidum, ſi illam dimittere velit. *b* Alber.in l. moſchis, in fine ff. de iure fiſci, qui allegat l. 2. ff. quib.mod.pign.
10 vel hypo.ſolu. † niſi tertius conueniatur actione perſonali, & tanto tempore poſſederit, cuius temporis fructus ſuffecturi eſſent ad integras annualitates, quia tunc inſolidum nihilominus conuenitur, etſi poſſeſsioni in poſterum poſt mandatam exequutionem renuntiauerit, eſt de mente Petr. de Grego. hic verſ. tertio aduertendum eſt circa medium, eſt tex.noſtræ Pragm.ibi *quandiù, &c.*
11 Secundo intelligas prædictam concluſionem, quod etſi † tertius poſſeſſor poterit inſolidum exactus vti ceſſionarius pariter inſolidum agere, contra alium tertium poſſeſſorem, & iſte ſecundo exactus alium inſolidum proſequi, & ſic de ſingulis, cum illud ex perſona alterius facere poſſimus, quod ex noſtra nequimus, Imol.in cap. cum contingat nu. 19. extra de iureiura. Finaliter attamen in alia iuditij inſtantia, vnuſquiſque eorum pro rata extimationis bonorum cenſualia perſoluat ita intelligimus noſtrum Abb. Catinenſium gloriam in dicto cap. conſtitutus per illum textum in fin. num. 8. Guid. Anchar. Couarr. & Caſſan. vbi ſupra. Quamuis reperiantur, qui teneant iſtos tertios poſſeſſores inſolidum exactos, & ceſſionarios creditorum ſuorum, non poſſe contra alios poſſeſſores aliorum bonorum ſubiugatorum agere inſo-

e re insolidum, sed deducta eorum rata e ad quam tenentur, tum secundum eos, quia si non fieret ista deductio contingeret perplexitas, namq; in parte ipsa in qua passiuè tenebantur ante cessio-
12 nem † modò post cessionem essent debitores, & creditores sui ipsius, contra l.Lutius, vbi Doct.ff.de fideiuss.l.debitori C.de pact. l.Stichum §.additio ff.de solutio.l.si debitori creditor ff. de fideiussor.l.licèt C.ad l.Falcid.l.si ab eo C.de nego.gest.l.penul.C.de hære.actio.l.cum secundum C.de fideicomm.& facit in arg. l. si Titius hæres erit ff.de cond.insti.& l.vbi repugnantia ff.de iure
13 iur.tum propter illud vul.axioma dolo facit † qui petit,quod restiturus est l.in condemnatione §.fin.ff.de reg.iuris, & cap. dolo facit eo tit.lib.6.l.dolo facit ff.de doli.mali excep.Dec.consf.424. n.5.vol.3.Blan.de compr.q.4.n.114.fol.199.vbi ampliat,&limit. Dec.& Cagno.in dicto.§.fin.Afflict.in constitut.Regni Rubr.25. nu.33,& 34.lib.1.Non obstant adducta in contrarium. Et primo
14 tex.in d.l.Moschis † quia resp. Quod secundum magis communē intellectū illæ tex facit pro nostra conclusione,& tota vis stat in dictione *omnem* ibi posita,nam tenentes primam partem dicebant quod ponitur collectiuè. qui aberrarunt, cum ponatur di-
15 stributiuè, & tribuat actum cuilibet insolidum, quia quando † dictio *omnis* ponitur in numero singulari stat distributiuè, vt in
16 d.l. Moschis † Quando vero ponitur in numero plurali stat collectiuè Imol.in l.hoc articulo sub n.7.ff.de hæred.instit.Negu.de pign.8.par.1.mem.n.49.fol. 168. Couar.lib.3.reso.c.7.n.7.in fine Berta.in repe.in verbo omnes vers 2.gl.in verbo possessorē omnē vbi Bart.nu.2.dictæ l.Moschis Ad l.apud eos §.& quia C.de debit.ciuit.lib.11.resp.pro vt per Afflict.in constitu.si quis in posterum, rubr.17.titul. de defen.impos.lib.1.sub num.27.vers. solutio & per Ioan.de Platea in dicta l.apud eos 1.colum. in fine, & in 2.colum.in princ.& ibi per gloss.super verbo conueniantur.Ad alia verò argum.etiam in iure parum versato non difficilis erit responsio.

ANNOTATIONES.

a *Vide late Nauarr. de vsur. num. 114. Lup. in l.2.num.68. C. de pact. inter empt. & vendit. Valasc. de iure emphyt.q.32.num.15.*

Z 2 *Milanens.*

Digitized by Google

Milanens. decis. 13. num. 11. & seqq. lib. 2. Molin. de contract. disp. 383. num. 9. Surd. decis. 32. num. 7. Felic. de censib. lib. 3. cap. 4. nu. 11. & in nouiss. addit. num. 17. Roder. de ann. redit. lib. 2. q. 9. num. 60. Feder. Martin. de iure cens. c. vlt. num. 121.

b *An, & quando tertius possessor rei censualis possit illam dimittere, vide omnino Milanens. decis. 11. lib. 2.*

c *Hæc opinio, quod tertius possessor in solidum exactus a creditore census, si ab eo obtinuerit iurium cessionem, non possit agere aduersus possessores aliorum bonorum, nisi deducta rata corporis per eum possessi, quamuis eam aspernetur Intrigliol. est nihilominus verior atque in praxi receptior, quam substinent Ant. Lanc. ad pragm. Regis Alphon. de censib. num. 21. & ibidem Iacob. de Chirc. num. 26. Ferdin. Bongior. nu. 22 & Ant. de Ball. Iun. q. 21. num. 11. late Milanens. decis. 1. nu. 15. & decis. 13. num. 44. lib. 2. Addent. ad Gregor. de censib. q. 6. num. 104.*

Marcell. Conuersanus. I. C.

QVAESTIO LIII.

Vtrum census Bullares confiscari valeant?

SVMMARIVM.

1 *Census Bullares vtrum confiscari valeant.*

2 *Bona perpetrantium crimen læsæ Maiestatis diuinæ, siue humanæ ipso iure confiscantur, etsi confiscatio suum non sortiatur effectum, nisi prolata hominis sententia, per quam declaretur reum in crimen prædictum incurrisse.*

3 *Crimen læsæ Maiestatis diuinæ longè maius est, quam humanæ.*

4 *Delictum peccantis tanto grauius est, quanto dignior est persona cui peccatur.*

5 *Alienatio bonorum post perpetratum delictum læsæ Maiestatis reuocatur per fiscum.*

6 *Creditorum iura illæsa remanent in bonis committentium crimen læsæ Maiestatis diuinæ, & humanæ.*

7 *Crimen læsæ Maiestatis diuinæ committit, quis si simplicem fornicationem, vel periurium dixerit non esse peccatum mortale.*

Crimen

Digitized by Google

8 *Crimen læsæ Maiestatis humanæ in quibus casibus committatur, remissiuè.*

1 VTrum † cẽsus Bullares confiscari valeant. Et respondemus conclusiuè, quòd neque census neque annualitates ipsorum, pro redemptione tamen rerum demanialium, vel pro subsidio, vel dono Regio venditorum, pro quibuscunque delictis emptorum vel eorum successorum confiscari, deferri, apprehendi, aut publicari nequeunt, nisi tantum pro crimine, læsæ Maestatis in 1. capite est tex. in nostra Pragm. ibi *neque aliqua ex censualibus, &c.* Quamuis nõnulli ex scribentibus teneant ex quacumque causa census venditos non confiscari, vt Petr. de Grego. hic quæst. 6. vers. septi-
2 mum priuilegium est, Foll. tit. neque illorum nu. 1. & Bened. Bon.
2 lib. 1. de cens. art. 66. nu. 99. fol. 166. Et † censualia prædicta, sicut alia bona indistinctè, statim perpetrato delicto criminis læsæ Maestatis, ipso iure confiscata dicuntur: eorumq; dominium, & administratio ammissa intelligitur, licet confiscatio suum non sortiatur effectum, nisi sequuta sententia hominis, per quam declaretur reum incurrisse in crimen læsæ Maiestatis. Clar. in §. læsæ Maiestatis vers. præterea licet hodie Quicquid dicat Boss. tit. de senten. num. 48. communem opinionem allegans in contrarium.
3 Quæ omnia, & fortius teneas habere locum † in crimine læsæ Maiestatis diuinæ per tex. in cap. cum secundum de hæret. lib. 6. Clar in §. hæresis vers. item bona, & vers. Sed quæro, quæ sit pœna in fine. cum longè grauius sit æternam, quam temporalem offendere Maiestatem authent. Gazzaros C. de hæreticis, & in corpore vnde sumitur cap. vergentis in senium extrà de hæreti. cap. sicut qui ecclesiam 17. quæst. 4. Iodo. Dãmoud. in Pract. crim. cap. 61. nu. 1. fol. 127. Constit. Regni in consutilem. vers. imò cri-
4 mine de hæret. & pater. lib. 1. † Tantoquè grauius est peccantis delictum, quanto dignior est persona cui peccatur. gloss. 2. in cap. 1. extra de calum. §. atrox. Instit. de iniur. gloss. in verbo in Episcopum cap. cum illorum extra de sentent. excom. Ex quibus in-
5 fertur, quod † alienatio censualium, aliorumve bonorum, quocunquè sit: facta post perpetratum crimen vtriusque Maiestatis reuocatur. Imol. in clem. pastoralis sub nu. 35. vers. item nihil potest alienari, de sent, & re iudic. est tex. in l. quisquis §. dotes C. ad l. Iur.

Milanens. decis. 13. num. 11. & seqq. lib. 2. Molin. de contract. disp. 383. num. 9. Surd. decis. 32. num. 7. Felic. de censib. lib. 3. cap. 4. nu. 11. & in nouiss. addit. num. 17. Roder. de ann. redit. lib. 2. q. 9. num. 60. Feder. Martin. de iure cens. c. vlt. num. 121.

b *An, & quando tertius possessor rei censualis possit illam dimittere, vide omnino Milanens. decis. 11. lib. 2.*

c *Hac opinio, quod tertius possessor in solidum exactus a creditore census, si ab eo obtinuerit iurium cessionem, non possit agere aduersus possessores aliorum bonorum, nisi deducta rata corporis per eum possessi, quamuis eam aspernetur Intrigliol. est nihilominus verior atque in praxi receptior, quam substinent Ant. Lanc. ad pragm. Regis Alphon. de censib. num. 21. & ibidem Iacob. de Chirc. num. 26. Ferdin. Bongior. nu. 22 & Ant. de Ball. Iun. q. 21. num. 11. late Milanens. decis. 1. nu. 15. & decis. 13. num. 44. lib. 2. Addent. ad Gregor. de censib. q. 6. num. 104.*

Marcell. Conuersanus. I.C.

QVAESTIO LIII.

Vtrum census Bullares confiscari valeant?

SVMMARIVM.

1 *Census Bullares vtrum confiscari valeant.*

2 *Bona perpetrantium crimen laesae Maiestatis diuinae, siue humanae ipso iure confiscantur, etsi confiscatio suum non sortiatur effectum, nisi prolata hominis sententia, per quam declaretur reum in crimen praedictum incurrisse.*

3 *Crimen laesae Maiestatis diuinae longè maius est, quam humanae.*

4 *Delictum peccantis tanto grauius est, quanto dignior est persona cui peccatur.*

5 *Alienatio bonorum post perpetratum delictum laesae Maiestatis reuocatur per fiscum.*

6 *Creditorum iura illaesa remanent in bonis committentium crimen laesae Maiestatis diuinae, & humanae.*

7 *Crimen laesae Maiestatis diuinae committit, quis si simplicem fornicationem, vel periurium dixerit non esse peccatum mortale.*

Crimen

8 *Crimen læsæ Maiestatis humanæ in quibus casibus committatur, remissiuè.*

1 Trum † cẽsus Bullares confiscari valeant. Et respondemus conclusiuè, quòd neque census neque annualitates ipsorum, pro redemptione tamen rerum demanialium, vel pro subsidio, vel dono Regio venditorum, pro quibuscunque delictis emptorum vel eorum successorum confiscari, deferri, apprehendi, aut publicari nequeunt, nisi tantum pro crimine, læsæ Maestatis in 1. capite est tex. in nostra Pragm. ibi *neque aliqua ex censualibus, &c.* Quamuis nõnulli ex scribentibus teneant ex quacumque causa census venditos non confiscari, vt Petr. de Grego. hic quæst. 6. vers. septi-
2 mum priuilegium est, Foll. tit. neque illorum nu. 1. & Bened. Bon.
2 lib. 1. de cens. art. 66. nu. 99. fol. 166. Et † censualia prædicta, sicut alia bona indistinctè, statim perpetrato delicto criminis læsæ Maestatis, ipso iure confiscata dicuntur: eorumq; dominium, & administratio ammissa intelligitur, licet confiscatio suum non sortiatur effectum, nisi sequuta sententia hominis, per quam declaretur reum incurrisse in crimen læsæ Maiestatis. Clar. in §. læsæ Maiestatis vers. præterea licet hodie Quicquid dicat Boss. tit. de senten. num. 48. communem opinionem allegans in contrarium.
3 Quæ omnia, & fortius teneas habere locum † in crimine læsæ Maiestatis diuinæ per tex. in cap. cum secundum de hæret. lib. 6. Clar in §. hæresis vers. item bona. & vers. Sed quæro, quæ sit pœna in fine. cum longè grauius sit æternam, quam temporalem offendere Maiestatem authent. Gazzaros C. de hæreticis, & in corpore vnde sumitur cap. vergentis insenium extrà de hæreti. cap. sicut qui ecclesiam 17. quæst. 4. Iodo. Dãmoud. in Pract. crim. cap. 61. nu. 1. fol. 127. Constit. Regni in consutilem vers. imò cri-
4 mine de hæret. & pater. lib. 1. † Tantoquè grauius est peccantis delictum; quanto dignior est persona cui peccatur. gloss. 2. in cap. 1. extra de calum. §. atrox. Instit. de iniur. gloss. in verbo in Episcopum cap. cum illorum extra de sentent. excom. Ex quibus in-
5 fertur; quod † alienatio censualium, aliorumve bonorum, quocunquè xit: facta post perpetratum crimen vtriusque Maiestatis reuocatur. Imol. in clem. pastoralis sub nu. 35. vers. item nihil potest alienari, de sent, & re iudic. est tex. in l. quisquis §. dotes C. ad

l. Iu-

6 l.Iuliam Maiest.Verumtamen in† huiusmodi bonis,creditoribus contrahentibus antè delictum ius intactum, & illæsum remanebit Iod.Damhoud.in Pract.crim.cap.20.in in fine est text.in cap. Regni Regis Mart.53.incip.Martinus Dei gratia, titul. de success.in bono.rebell.& habent. ius super illis in vlt.col.vers.nec te possint extendere. in text. ibi, *qui suis prædictis creditorum one-*
7 *ribus iuridicè &c.* † Crimen vero læsæ Maiestatis diuinæ propriè committitur quando quis sentit aliter siuè de articulis fidei,siuè de Sacramentis Ecclesiæ, quam sentiat Sancta Romana Ecclesia, siuè habeat peruersum dogma, vel gignat nouas opiniones falsas, vel sequatur veteres falsas, & ab Ecclesia damnatas, puta,si asserat simplicem fornicationem,vel periurium nō esse peccatum mortale. Clar.in §.hæresis in princip. Mant.cons.239.nu. 8.lib.2. Bello.cons.78.num.6.vbi refert communem opinionem. Franc.Squill.in tract.de fide Cathol.cap.14. Cappell.Tholos.decis.346. gloss. est sollemnis in verbo hæreticum. clem. 1. de vsur.
8 † in quibus autem casibus committitur crimen læsæ Maiestatis humanæ in 1. capite, vide, si tempus habes oportunum, text.in l.1.& 2. vbi Bar.Bald.Angel.& alios ff.ad l.Iul. Maie. secundum Boss.de crim.læsæ Maiest.num.2.Ang. de malefit. in gloss. *che hai tradito la tua patria*,in prin.Iodo. Damh.in pract.crim.cap.62.in prin.Bart.in extrau.ad reprimendum in vers. in quocunq; Imol. vbi supra vers. & alias committitur.

ANNOTATIONES.

a *Petrum de Gregorio, & Follerium male, ac pessime allegari ab Intrigliolo hic, quem Catinensem nominant, scribunt Addent. ad Gregor.quæst.6 num.109.litt.P.propterea, quòd non dicunt hi Doctores non posse census confiscari, etiam pro crimine læsæ Maiestatis in primo capite. Verum non ad hoc eos allegauit Intrigliol.sed,cum dixisset census ita demum non confiscari, si fuerint venditi pro redemptione rerum demanialium,vel pro subsidio, aut dono regio,subdit,esse scribentes ad pragm.de censib. qui dicunt census ex quacunq; caussa venditos, non confiscari, & in hoc citat Petr. de Gregor. & Foller.qui loquuntur indistinctè de quibuslibet censibus, nec viden-*

tur

Digitized by Google

tur requirere huiusmodi qualitatem, quod census fuerint venditi pro redemptione rerum demanialium, vel pro subsidio regio, quæ tamen videtur necessaria ex tex. eiusdem pragmaticæ de censibus ibi, neque aliqua &c. *Citat in eandem sententiam Intrigl. Bened. Bon. de censib. nu. 99. qui re vera nihil ad hanc rem, sed tantum dicit, census non venire in generali confiscatione bonorum immobilium, de quo tamen vide quæ scripsi in annot. ad q. 31. vers. hinc etiam fit. An autem, confiscato censu, si res super qua debetur sit sita in iurisdictione alterius iudicis, emolumentum pertineat ad fiscum iudicis cōdemnantis, vel ad fiscum loci, in quo res est sita, scripsi remissiue in ann. ad Intrigl. sing. 26. lib. 1.*

Marcellus Conuersanus I. C.

QVAESTIO LIIII.

Vtrum exequutio census Bullaris differri valeat suspensionibus, guidaticis, & moratorijs.

SVMMARIVM.

1 *Exequutio census Bullaris quibuscunque suspensionibus, supersedementis, guidaticis, & moratorijs differri, aut impediri minimè potest.*

2 *Exequutio census Bullaris non supersedetur dilatione quinquennali concessa iuxta Regni capitula.*

3 *Statutum nouum interpretatur, & declarat vetus.*

4 *Statuti proemium declarat mentem, & intentionem statuentium.*

5 *Statutum nouum declaratur, & restringitur per vetus.*

6 *Exequutio census Bullaris non differtur refugio cessionis bonorum quamuis, si debitor exequutionem praeuenerit possit bonis cedere, & vlterius non molestari.*

7 *Cessioni bonorum non potest etiam renuntiari cum iuramento.*

8 *Exequutio census non potest supersederi benefitio nouendij ob mortem consanguineorum, vel affinium infra quartum gradum.*

9 *Exequutio census non supersedetur benefitio, sum infra tempora conficiendi inuentarium.*

Sed

Digitized by Google

10 *Sed contra.*
11 *Hæres si conuenitur vti tertius possessor, non potest obijcere sum infra tempora inuentarij.*

1 VTrum † exequutio censūs Bullaris impediri valeat ali-
2 quibus suspensionibus * fortè à rege, vel eius officialibus seu ministris concessis. Et concludimus, præfatam exequutionem, impediri, differri, aut retardari non posse, quibuscumque suspensionibus, seu supersedementis guidaticis, elongamentis, moratorijs, saluis conductis, mandatis inhibitionibus emparis, commissionibus, euocationibus, reseruationibus, prouisionibus, iurisdictionibus, abdicationibus, rescriptis, sub quauis forma, seu colore, etiam pro quibuscunque causis publicam vtilitatem, etiam Regis, siue eius Curiæ, quomodolibet concernentibus, etiam pro eis, qui cum Rege, vel pro publica personaliter militarent, aut actu seruirent, aut pro alijs quibuscunque considerationibus, seu causis, quæ dici, ex primi aut excogitari possint; siue motu proprio concessis, siue ad instantiam cuiusuis impetratis vt est tex. nostræ Pragm. ibi *& si forte à nobis* quem refert de verbo ad verbum Cum. in cap. Ritus 17. & data sub num. 60. Petr. de Greg. hic quæst. 6. vers. octauum priuilegium est, &
2 Folle. in fine commenti nu. 6. Ex quibus infero primo quod † dilationes quinquennales, quæ à pro prorege conceduntur probato legitimè per debitores casum aliquem fortitum siue sinistrum post cōtractus debitorios incurrisse, & seruata forma iuris. vt in cap. Regni Regis Io. 24. tit. de morato. quinquen. &c. non debent impedire exequutionem censūs Bullaris. Etsi quidam Dottorel-
3 lus allegasset nobis in contrarium patrocinantibus. † quod dictum cap. Regis Io. vti posterius confectum in anno 1460. deberet declarare interpretari, & restringere Pragmaticam nostram de cens. prius editam anno 1452. l. non est noaum cum duabus seqq ff. de legibus Cum. in cap. Rit. 46. nu. 55. in cap. 41. num. 18. Tiraq. de retr. lign. §. 15. gloss. 3. sub num. 21. Bartol. in extrauag. ad reprimendum in verbo non obstantibus vers. sed si statutum, Bal in l. omnes populi col. 8. vers. modo quæro vtrum ff. de iust. & iure. Anchar. in cap. 1. in 12. quæst. vers. reperio extra de constit. Ias. in l. si quis ex argentarijs §. si initium in 4. not. ff. de eden. non bene considerans, quod dictum cap. Regis Ioan. 24.
non

Digitized by Google

nõ loquitur de cõtractibus Bullaribus, sed de alijs cõtractib. initis inter mercatores, & aliàs personas vt in proemio ipsius † apparet,
4 ibi *cum mercatores* & ibi *à mercatura, & mercimonijs desistũt* Et † proemiũ statuti declarat intentionem, & mentem statuentiũ Alc. cons. 7. col. 1. vers. verba enim posita vol. 3. Roma cons. 38. in prin. Curt. Iun. cõs. 185. n. 2. l. fi. vbi gl. in verbo modus in fine, & Bar. n. 3. ff. de hæred. instit. Bar. in l. cum hi in princ. n. 4. ff. de transact. in l. regula §. si quis ff. de iur. & facti igno. & in l ambitiosa sub num. 27. ff de decret. ab ord. fac. Soc. consil. 67. num. 12. volum. 1. Auall. consil. 86. nu. 50. vol. 1. Alex. cons. 75. nu. 3. in fine vol. 6. Dec. cons.
5 444. nu. 8. vol. 4. & quod immo dictum † capitulum Regis Ioannis, vti nouum restringitur, terminatur, & declaratur per nostram Pragmaticam, vti antiquiorem gloss. in vers. 2. l. sciẽdum in princip. ff. qui satisda. cogan. l. sed. & posteriores ff. de ll. gloss. in verbo pro qualitate in fine §. sed hodie Instit. de satisdat. tut. gloss. in §. suscepto in princip. in auth. de exhib. reis. gloss. in verbo fideiussione auth. offeratur C. de lit. contestat. Secundo infero, quòd † exequutio censualium Bullarium differri non potest refugio mi-
6
b serabili cessionis bonorum [b] Quamuis si debitor censualium præuenisset ante præfatam exequutionem posset bonis cedere, & vlterius non molestari personaliter secundum Petr. de Greg. hic vers. octauum priuilegium est propè finem, auum, genitorem
7 patruum meum, & communiter scribentes hic: etiam, si † cessio-
c ni bonorum fuerit in contractu cum iuramento renuntiatum [c] Guid. Papa decis. Delphi. 211. circa medium Cum. in cap. Ritus 95. sub nu. 7. qui dicit hanc opinionem in Practica seruari vidisse Bart. in l. alia causa §. eleganter num. 9. ff. solu matr. Boss. tit. de Carce. fideiuss. com. nu. 25. Soc. reg. 279. Petr. de Grego. vbi supra. Anton de Canar. in tract. de exeq. instrum. quæst. 28. estq; omnium ferè scribentium receptissima sententia, quam nos etiam, & iudicando seruauimus, & patrocinando seruari fecimus. Quicquid dicant Cappell. Tholos. quæst. 61. Rota decis. 567. in antiq Alciat. in cap. cum contingat nu. 313. extrà de iure iurando Matth. Bru. in tract. de cess. bon. quæst. prin. 21. nu. 9 & 13. fol. 126. & 127. Maria. Socc. in tract. de citat. art. 17. princ. in 6. col. vers. sed dicit Ioan. And. ibi in additt. Abb. cons. 42. nu. 1. lib 2. Couarr. lib. 2. resol. cap. 1. sub nu. 7. vers. 3. animaduertendum est Ioann. Aloy. de Septimo in cap. Ritus 95. qui allegat communem opinionem

Digitized by Google

quem refert ibi Cum.nu.6.Quorum alij distingunt, alij arbitrio Iudicis remittunt, perpensa personarum, & negotij qualitate: alij denique in contrariam simpliciter inclinant sententiam seruata tamen forma capitulorum Regni. Regis Alph. Ritus cap. 190.tit.de cess.bon.fol.95.Regis Ioannis cap.24.tit.de morator. quinquenn.& cess.bon. fol. 165. Regis Ferd. cap.10.tit.de cessio. bono.fol.197.Imper. Charo.cap.65 tit eo.fol.247.secundum an-
8 tiquam impressionem.Tertio infero, quòd † exequutio prædicta retardari non potest beneficio Nouendij ob mortem consanguineorum,& affinium infra quartum gradum computandum de iure ciuili, de quo per capit.Regni Reg. Ferdin 46.titul.quod nouendij benefit.fol.206. cap ex parte, iuncta glo. in verbo appellatione, extrà de sepultur §. sancimus ita quòd nulli in Auth. vt cum de appel.cognosc.Quarto infertur secundum aliquos, quod
9 † exequutio prædicta non potest supersederi per hæredem dilatione illius benefitij, sum infra tempora conficiendi inuentarium,de quo per textum in l.fin.§.donec C.de iure delib.cap.Re-
10 gni Reg.Alph.Ritus 127.vbi Cum.sub num.3. & 4. quæ illatio † nobis non placet maximè per prædicta iura iuncta l.2. C. de no-
11 xal,& singul. 293. Hypol.de Marsil.† nisi hæres conueniatur vti tertius possessor secundum Marc.Ant.Blanc.in tract. de compro. quæst.4.princ.num. 64.fol.180.Odofr.Gugliel.de Cun.Nicol. de Matar.Bald.Salic.Paul.de Cast.Ang.Alexan.Corn.Iacob. de San. Geor.in dicto §.donec.

ANNOTATIONES.

a *Ad hanc quæstionem vide quæ scripsi supra in annot. ad quæst. 20. vers. rursus est intelligenda. Vltra quæ illud hoc loco addendum est, executionem instrumenti Bullaris neq; etiam suspendi, aut differri posse dilatione concessa per indultum generale, vt scribit Mastrill.de indul c.46.nu 11.*

b *Adde eundem Intrigl.infra quæst.65.num.5. Milanens. decis.7. nu.2.lib.2.Graff de except.except.17.num.5.*

c *Vide Seraph.de priu.iuram.priu.91.Brun.de cess.bon.q.20.Gutier. de iuram. confirm. par. 1.cap. 18.Baeza de inop.debit.c.1. num.41. Thess. decis. 36.num. 4.Mancin.de iuramen.part.4.ess.223.Ceuall. comm.*

Digitized by Google

comm.contra comm q 701. Burg.de laudim.par.3. insp.11.num 2. Graff de excep except. 17.nu.9.& in terminis contractus censualis, Roder.de ann.redit.lib.2.quaest.10.num.12.

Marcell.Conuersanus.I.C.

QVÆSTIO LV.

Verum bona subiugata ad annuum censum Bullarem cadant in commissum?

SVMMARIVM.

1 *Bona subiugata ad annuum cẽsum, nullo casu cadãt in commissum.*
2 *Contractus censualis quid differat, ab emphyteutico & nu.5.*
3 *Emphyteutica res quibus casibus cadit in commissum.*
4 *Emphiteuta alienans rem cum clausula saluo assensu proprietarij, & non aliter nec alio modo. si infra terminum sex mensium à die celebrati contractus alienationem praedictam domino directo nõ notificauerit cadit à iure suo.*
6 *Emphyteuta habet vtile dominium.*
7 *Subiugatarius non habet nec dominium, nec possessionem in re subiugata secundum formam Bullae & nu.8.*
9 *Censuarius debitor habet omne dominium, & possessionem rei in censum acceptae.*
10 *Creditor censualis praefertur pro censu in re censita omnibus alijs creditoribus, etiam anteriorib.*
11 *Spiritualia conceduntur ad annuum censum non autem ad emphyteusim.*
12 *Contractus in dubio potius iudicatur censualis quam emphyteuticus*



1 Trum † bona subiugata ad annuum cẽsum Bullarem
2 cadant in commissum† Et concludimus, quod non vl-
2 lo casu *a* est tex. nostrae, Pragmaticae, ibi *praetereà dispositionibus Apostolicis, &c.* est etiam tex. Bullę Papae Pij V. de censib. datae Romae 1568. & exequutae in regno anno seq. in vers. pacta continentia morosum, &c. Petr de

Digitized by Google

Greg.quæst.6.verſ nonum priuilegium eſt Bened. Bon. lib. 1. de cenſ. art.46.nu 76.fol.130. Sigiſm.Neapolit.conſ.2. nu.15. inter conſ.feud glo.in ver.iuxta ratam propè finem vbi Abb.nu.21.extra de religioſ dom.Couarr.lib.3.reſolut.cap.7.ſub nu. 1. verſic. ex hac verò differentia, vbi refert communem opinionem Clar. in §.emphyteuſis in prin. verſ. contractus Socc.conſ.167.ſub nu. 6.lib.2.Hyppol. ſing. 95.Iaſ.in l.2 nu.41.C.de iur.emphy.Bar.in l.1. §.1. num.3.& 4. vbi And.Barb.in add.ff. de publ. & vectigal. Alex conſ.14. colu.2. verſ.nam contractus cenſualis libr.2. Dec. conſ.138.ſub nu.5.verſ.ſimiliter cauſa, vbi etiam dicit eſſe communem opinionem, Bald.in auth.ei qui nu.59.C.de bo.auth.iud. poſſid.Iaſ.in l.1.nu 49.C.de iure emphyt.Imol.in cap.ad audientiam col. 2. verſ. & nota extrà de reb. eccleſ. non alien.& in cap.
3 propter.in antepenult.colum.verſ. item aduerte extrà locati. † Secus verò in re emphyteutica, quæ cadit in commiſſum ob non ſolutionem penſionis per triennium in priuato, & per biennium in eccleſia,c potuit extrà locati auth qui rem vbi gl. C.de ſacr. eccl.l.2. C.de iure emph.§.adeo inſt.locat.Affl.deciſ.80.in princ. Hypp.Sing.226.obquè rei emphyteuticæ deteriorationē,eiuſquè alienationē irrequiſito domino l.fin. C. de iure emphyt. dicto c. potuit extra loc.Socc.reg.115.Clar.in §.emphyteuſis quæſt.8.&
4 quæſt 13. Etiam, quod † emphyteuta in contractu alienationis ſubdat clauſulam, ſaluo aſſenſu proprietarij, & non aliter, nec alio modo, vel alias quaſcunque clauſulas, ſi infra terminum ſex menſium à die celebrati contractus numerandum,directis dominis alienationem prædictā.non notificauerit cap.Regni Impera. Carol.116 tit.quod alie.prædior.emphyt.deb notifica.dire.dom. fol.448.Quamuis Catinenſis vſus vſque huc id nō approbauerit.
5 Ex quibus habemus vnam † differentiam inter contractum cenſualem, & emphyteuticum. Secunda datur differentia, quia per
6 †contractum emphyteuticum transfertur vtile dominium in emphyteutam l.1.§.qui in perpetuuum ff.ſi ager. vectig.vel. emph.
7 Abb.in cap.conſtitutus ſub num. 20. extrà de religioſ.dom.Per † contractum autem cenſualem neque dominium transfertur, neque poſſeſſio.Bened.Bon.lib.1.de de cenſib.art.28.fol.92.& com-
8 muniter ſcribentes hic † Quod intellige,quando res noſtras cenſui ſubijcimus, quia tunc in ſubiugatarium neque dominium ne-
9 que poſſeſſio transfertur. Secus verò † ſi rem alienam ſub annuo cenſu

Digitized by Google

censu recipimus, quia tunc in nos omne dominium, & possessio transfertur. ita intelligimus glo. in cap. constitutus vbi Abb. nu. 20. qui dicit esse communiter approbatam, extra de Relig. dom. Clar. in §. emphyteusis in prin. vers. contractus autem, Bene. Bon.
10 lib. 1. de cens. art. 13. nu 31. fol. 43. in qua re † dominus pro censu præfertur omnibus alijs creditoribus etiam anterioris temporis Follerius hic titu. tamquam res iud. nu. 58. Cum. in cap. Ritus 97. nu. 9. l. etiam ff. qui pot. in pign. habeantur. Tertia datur differentia per Abb. in cap. constitutus sub nu. 21. extra de Religio.
11 dom. quod † spiritualia conceduntur ad annuum censum, non autē ad emphyteusim. Quapropter ex præmissis inferimus, quòd
12 † in dubijs contractus censualis potius iudicabitur quam emphy-
b teuticus *b* Couarr. lib. 3 resolut. cap. 1. sub num. 1. vers. imò in eo dubio fol. 806. Hyppol. Singul. 95. Iaso. in l. 2. nu. 4. vbi Alber. sub nu. 13. C. de iure emphy. Dec. consil. 146. num. 1. & consil. 138 sub num. 5. vers. similiter vol. 1. Ruin. consil. 42. num. 7. lib. 1. Bened. Bon. lib. 1. de cens. art. 44. num. 70. fol. 124. Socc. sen. cons. 167. sub num. 6. libr. 2.

ANNOTATIONES.

a *Id ipsum, quòd debitor census, etiam si per mille annos non soluerit, non cadat in commissum, præter adductos hic per Intrigliol. affirmant Bero. cons. 49. nu. 8. lib. 3. Crauett. cons. 204. num. 20. Siluan, cons. 42. nu. 2. Menoc. cons. 414. nu. 15. lib. 5. & de præsumptio. lib. 3. præsump. 106. nu. 16. Bursat. cons. 143. nu. 79. lib. 2. Mascard. concl. 281. in princ. late Brunor. a Sole quæst, 5. Gutier. de iuram. confirm. par. 1. cap. 31. nu. 9. & de iure emphyt. quæst. 32. num. 30. Felician. de censib in proœm. nu. 11. Feder. Mart. in simil. tract. cap. 1. nu. 197. & c. 7. nu. 106. & est communis opinio, quidquid in contrarium scripserint Bald. cons. 177. num. 6. lib. 3. & Immol. cons. 8. colum. vlt.*

An autem pacto induci possit, quòd debitore non soluente, res censualis incidat in commissum, duæ sunt scribentium sententiæ. Partem affirmatiuam defendunt Palac. Rub. & Ant. Gomez ad l. 68. Tauri, Ioan. Garz. de expens. & meliorat. cap. 9 nu. 64. Negatiuam substinent Gutier. pract. qq. lib. 2. quæst. 168. nu. 2. Valasc. consult.

35. nu.

Digitized by Google

35.nu.2.Boccace.de censib.par.1.num.60.Felician.lib.1.cap.10.nu.11. Feder. Martin. cap.6. num 275. Roder. de ann. redit. lib.2. quæst.1. num. 29. vers. decimaquinta clausula, & quæstio. 2.num. 72. Ceual.comm.contra comm.quæst. 469.nu.6.Adden.ad Gregor. de censib.n.124.vbi alios commemorant Et hæc est verior, & magis communior. quæ expressim probatur ex Bulla Pij V. & in regno, in quo, vt sæpius dictum est, huic Bullæ est derogatum per Bullam Gregorij XIII. est pro hac opinione tex. apertissimus in pragm. Regis Alphonsi de censibus, ibi minime incidere in commissum, quibusuis pactionibus in contrarium initis, aut pœna, & iuramento firmatis obsistentibus nullo modo.

Quæ communis sententia extenditur primo, vt nec etiam inter debitorem, ac fideiussorem fieri possit huiusmodi pactum, neq; enim licitum est fideiussori pacisci, quòd, si debitore non soluente, ipse censum persoluerit, res censualis ad eum pertineat, vt ex multis resoluit Felician. d.cap.10.nu.14.

Extenditur secundo, vt locum habeat, etiam, si pactum ita fiat, vt censu non soluto, res cẽsualis sit emptoris pro pretio census empti: Nam & hæc pœna videtur nimis grauis & immoderata; ideoq; non valet huiusmodi pactum, vt post. Foll. scribit Fed. Mart. d.c.6.n.279.

Quod ego verum puto, quando precium rei censualis excedit precium census; secus si precium census excedat precium rei censualis, aut sit illi conforme, tunc enim cessare videtur ratio iniustitiæ, ac proinde pactum valere, vt sentire videtur Molina de contract. disp. 390. num. 11. vers. ac sane imponere, & faciunt quæ statim dicemus decl.2. vers & idem est.

Declaratur primo, vt vera sit in censibus constitutiuis, cuiusmodi sunt census Bullales, de quibus agimus; secus in censibus reseruatiuis, quos constitui dicimus, quando quis rem propriam alteri concedit, reseruata sibi annua pensione, in his enim valet pactum, quòd, non soluta pensione, res incidat in commissum, vt scribunt Couarr. var resol.lib.3.cap.7.nu.1.vers. solet tamen, Gutier. de iuram. confirm.par.1.cap.31.num.10.Valasc.de iure emphyt.quæst.32.nu.31. Molina.d.disp.390.num 12.Mancin.de iuramen.par.4.eff.34. nu. 4.Feder.Martin.d cap.6.num 280.Immo in his censibus reseruatiuis ex multorum sententia solum iuramentum id efficit, vt si debitor statuto tempore non soluat, cadat a re censuali Roland. qui de communi testatur cons.6.num.41 lib.1.Gabr.comm.conclus. lib. 3. tit.de

sit de transf. conclus. 1. num. 43. Mancin. d. eff. 34. num. 2. Barz. decis 16. num. 10. Quod tamen non procedit sine dubio, vt inquit Valasc. d. quaestio. 32. num. 31. & contrarium late probat Felicia. de censib in procem nu. 26.

Declaratur secundo, nisi id actum sit, quòd res censualis ad creditorem spectet non absolute, & in perpetuum, sed sub libero pacto illam redimendi ita, vt fructus interim percepti cedant loco vsurarum, & si quid supersit debitori restituatur, hoc enim casu valere commissi pactionem scribit Felician. d. cap. 10 num. 13. Et idem est, si actum sit, quòd res cadat in commissum pro iusto precio vt probare videtur Foller. de censib. in ver. huiusmodi censualia nu. 88. per l. si fundus §. vlt ff. de pignor. quem tex. Bar. & alij ibi dicunt singularem ad hoc, quòd valet pactum quòd, debito non soluto, creditor habeat pignus iusto precio emptum: quod & si nonnulli dicant non habere locum in mutuo, cui similis admodum videtur contractus censualis, ex eo, quòd mutuans propter officium mutuandi non potest stipulari aliquod lucrum quale videtur esse hoc ius emendi, & acquirendi rem alterius iusto precio, qua potissimum ratione à Foller. dissentit Felician. d. c. 10. nu. 12. Tamen contrarium est verius, quòd immo etiam in mutuo valeat huiusmodi pactio, nec censeri debeat vsuraria, quam opinionem post alios sequitur, & communem dicit Couarr. var. resol. lib. 3. cap. 2. nu. 7. vers. secundo pactum, vbi respondet ad rationem in contrarium adductam.

Declaratur tertio, nisi creditor paciscens, quòd res censualis cadat in commissum aliquid amplius dedisset vltra iustum precium census, quod possit compensari cum hoc grauamine tunc enim pactum valeret ex his, quae scribit Roderic. de ann. redit. libr. 2. quaest. 1 num. 27. in fin.

Declaratur quarto, vt licet inualidum sit huiusmodi pactum non tamen contractum ipsum omnino inualidet; vitiatur enim, & non vitiat, vt tradunt Felician. d. cap. 10. nu. 28. Roder. lib. 2. quaest. 1. nu. 29. & quaest. 2. num. 72. Addent. ad Greg. quaest. 6. nu. 125.

b Vide late Mascard. de probat. concl. 281. Valasc. de iure emphyt. quaest. 32. num. 35. Menoc. de praesumpt. lib. 3 praesumpt. 106. Fede. Mart de iure cens. cap. 1. num. 194. Et, supposito in dubio praesumi censum, potius quàm emphyteusim, prout habere videtur magis communis sententia, de qua inter ceteros testatur Meno. d. praesumpt. 106. n. 3. An praesumi debeat census reseruatiuus, vel constitutiuus;

An

An item præsumi debeat census constitutus ex venditione, vel ex alio titulo, vide late Roder. de ann. redit. libr. 1. quæst. 14. num. 40. & seqq.

Marcell. Conuersanus I. C.

QVAESTIO LVI.

Vtrum priuilegia concessa instrumentis Bullaribus possint per Principem reuocari.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia concessa instrumentis Bullaribus an valeant per Principem reuocari & nu. 8.*

4 *Priuilegia concessa à Principe si transeunt in vim contractus non valent reuocari, etiam de plenitudine potestatis, non solum à concedente, verum etiam ab eius successore & nu. 5. & 6.*

7 *Princeps quod statuit, decreuit, & concessit iure optimo potest reuocare, maximè ob causam.*

9 *Principis auctoritate quis decipi non debet.*

3 *Verbum promittere denotat sollennem stipulationem.*

1 VTrum † priuilegia concessa instrumentis Bullaribus
2 possint per principem reuocari, & videtur † quod non Primo per text. nostræ Pragmaticæ in vers. & vt prædicta &c. vbi Rex Alphonsus per se hæredes, & successores suos promittit, & fidem publicam pollicetur emptoribus censualium, eorumque successoribus omnia, & singula in dicta Pragmat. disposita tenere, & inuiolabiliter obseruare, & obseruari facere, Secundo ponderando † verbum *promittere* adiectum
3 in Pragm. in text. ibi *promittimus* quod intelligitur per solennem stipulationem §. si scriptum Insti. de inuti stipulatio l. 1. iuncta gl. 1. C. de contrah. & comm. stipulatio Bar. in l. sciendum sub nu. 2.
4 vers. oppono vbi Soc. iun. n. 15. ff. de verb. obl. † vnde videtur transacta dicta priuilegia in vim contractus cum incolis, & habitatoribus Siciliæ citrà, & vltrà farum, in quo Princeps habetur vti

vti priuatus. nec ab eo poterit aliquo modo reuocari. Sylu.cons. 34.nu.29. Ioan.Iac.de Leon.cons.114.nu.126.inter cons.seu.Alb. Bruni.& cons.117.n.99.est tex.in cap.1. extra de proba. vbi etiã Canonistæ. Imo.in l.nõ amplius §.si certum in fin.ff.de leg.1.cap. 1.de nat.feud.vbi Bal in prin.Gugliel.de Pernõ. in tract. de prin. sub.nu.22.vers.tunc enim Rom.cons.427.sub nu.16.& 17.& cons. 52.nu.3 Io.Lup.in cap per vestras de donatio.inter vir.& vxo §.
5 69.nu.17.fol.82. Soc.sen.cons.74 nu.19.lib.1. etiam † de plenitudine potestatis Dec.cons.151.nu.11.lib.1.Pau.de Cast.in l di-
6 gna vox.sub nu.4 vers.& hoc no. C. de ll. nec † per eius successorem secundum Paul.de Castr.in d.l.digna vox.Bal in d.cap. 1 in princ. de natura feud.Fely. in c.1.extra de probat.Pet. de Greg. hic q.6.vers.decimum priuilegium est Affl decis.2.nu.2 E contra
7 videtur † Principẽ quod statuit, decreuit, & concessit iure optimo posse reuocare, maxime ob causam, Affl. decis. 361. num. 6. Cum.in cap.38.Ritus nu.376.cum sequ.Gugliel de Per. in tract. de princ.nu.16.Roma.cons.436 nu.18.l.Princeps ff.de ll. Alban. cons.24.sub nu.2.Auall.cons.3.nu 130.vol.1.Bald.in c.cum super extrà de causa poss.& pro.& in cap.1 qual. Dom.propr.feud.pri. Host. in cap. cum venissent extra de iudcijs Bal. in prælud. feud. sub nu.34.Tiraq.de retra.lign.§.1.glo.14.nu.38.& de ll. conn.gl. 8 nu.175.Aualle.cõs.86.sub nu.50.& 52.lib 1 l.ex imperfecto ff. de leg.3.Bertach.in repert.in verbo Imperator nu.10 vers 6.8. & 9. & n.20.vers.4.Ioan.de Imol.cõs.146 nu.2.Maran.in disp.1. sub nu.6.And.Yser.in c.1.vers.flumina nauigabilia nu.7.vers.sic debẽt intelligi,quæ sint Regal.Rola.Auall.in tract.de lucro dot. quæst.83.nu.3.Boss tit.de princ.num.25.& 190.Cagno.in l.in totum nu.4.ff. de reg.iur.Angel in l. Lutius ff.de euictio.Abb. in c. ex parte il 2. sub num. 5 versic. aut sumus in casu in quo,extrà de off.del.cap.quo iure 8 distin.Dec consil.191.nu.4.vol 1. Bald. in l.rescripta col.fin.vers.3.queritur C.de præcib.imper offer. & in l.2 col.7.vers.item nota quod si Papa C.de serui.& aqua Ang. in l.item si verberatum §.1. ff.de rei vendic. Lucas de Penn. in l. prædia col.2.vers.tertio & col. 4vers vlt.& col. 20 in fine C. de
8 locat.prædio.lib.11.Quid dicemus? sequar † in themate proposito distinctionem subtilissimi Bal. in l. nuptæ ff de Senator. vbi concludit quod priuilegia, seu dispensationem concessam, quo ad instrumenta quæ in futurum conficientur. Princeps potest re-

Digitized by Google

uocare, quo ad ea verò quæ in præteritum fuerint confecta ne
9 quaquam † ne contrahentes prætextu principalis dispensationis
a decepti remaneant a l.1.in fine C.de his qui ven.ætat.impetr. Io. Iac. de Leonar.consil.117.nu. 101. inter cons.feud.Alb. Bruni, l. Grachus C.ad l.Iul.de adult.facit optimè reg.nemo potest mutare vbi Dec.nu.2. 3. & 4.ff. de reg. iur. regula quod semel placuit eo.tit.lib 6 & l.in causæ in pri.ff.de procur.cap. cum in multis in fine de resc.lib.6.clem.1.de renunt. quod not.Bal.cons.279. libr. 3.incipien. pridiè enim consului.

ANNOTATIONES.

a *Quamuis Intrigliol.hic dicat priuilegia concessa instrumentis censualibus ex pragm. Regis Alph. nullatenus posse per Principem reuocari quoad contractus iam factos, nihilominus puto, subsistente iusta caussa, posse id fieri, etiam quòd dicamus huiusmodi priuilegia transiuisse in vim contractus. Nam, & si princeps ligetur lege contractus, potest tamen ex caussa illum reuocare, vt tradunt Bald. in l.pen. C.de donat inter vir. & vxor. Paul de Castr. in l. cotem. ferro § agri publici ff.de publican Felin.in c.1 num.6 de probat. Afflict decis.361.nu.6.Tiraquell de pœn.legum temp.in præfat.nu.41. Osasc.dec s.90.nu.15. Menoch.de præsumpt.lib 1 præsump.10.nu. 49.late Peregr.de iure fisci lib.1.tit.3.num 67 Ridolfin.de de absol. princ.pot.cap 6.nu.199. Quod multo magis procederet, quando huiusmodi priuilegia non omnino tollerētur sed tantū ad tempus, quod passim fieri videmus, tum in feudorum gabellationibus, quæ fieri solent sub verbo regio: Tum in Pragmaticis, quæ fiunt ad promouendos agricolas ob temporis sterilitatem, quibus interdum disponitur, ne agricolæ, aut eorum animalia possint ad certum tempus molestari, etiam pro debito Bullali. quas pragmaticas rectè fieri posse affirmat Bongior.in annot ad pragm.de censib.in verb.guidatica num.45.qui refert eam opinionem placuisse omnibus dominis de concilio.*

Marcell. Conuersanus I. C.

QVAE-

Digitized by Google

QVÆSTIO LVII.

Vtrum in Bulla admittatur exceptio legitimationis personæ?

SVMMARIVM.

1 *Exceptio legitimationis personæ in quocunque iudicio, etiam exequutiuo admittitur, non obstante statuto denegante exceptiones.*
2 *Exceptio defectus Procuratorij admittitur aduersus executionem contractus Bullalis.*
3 *Procuratorium probatur per testes recipiendos parte citata, & dato termino ad reprobandum.*
4 *Testes nisi recipiantur parta citata, & detur terminus ad reprobandum non probant & nu. 5.*
6 *Procuratorium ad exigendum & recipiendum solutionem non potest probari per testes, sed per instrumentum.*
7 *Exceptio, tu es minor, bannitus, vel excomunicatus admittitur contra exequutionem census Bullaris.*

1 VTrum aduersus † exequutionem instrumenti Bullaris opponi possit exceptio legitimationis personæ. Et concludimus quod sic, quia non solū in summario iudicio, verum etiam exequutiuo ante omnia legitimanda est persona,
2 non obstante Pragm. nostra reiciente omnes exceptiones *præter realem solutionem Bart. in l. 1 §. & parui num. 6 ff. quod vi aut clam. Auall. consf. 46 num. 3. vol. 2. Felin. in cap. ex parte col. 3. versf. 4. limita extra de offic. deleg Vant. de nullit. ex defect. inhab. seu mand. comp. nu. 2. & 3. fol. 138. Anch. in clem. 1. versf decimo & vltimo de sequestr. poss. & fruct. Cum. in cap. Ritus 9. n. 17. fol. 63. Petr. de Greg. hic in 8. quæst. princ. versf. hoc igitur præsuppolito gloss. in l. 2. in verbo seruus in fine, vbi Iasf. nu. 4 & DD magis communiter C. de edicto Diu. Adr tollen. Maran. in spec par. 4. distin. 9. nu. 38. fol 96. Alexand. consf 59 col. 1. versf. nam in primis volum. 2. Iasf. in rubr. C. qui adm. nu. 1. vbi Cagn. num. 53. qui dicit communem opinionem, & Dec. num. 30. Hyppol in l si quis ne quæstio nu. 7, ff. de quæst. fol. 92. Bart. in extrauag. ad re-

Digitized by Google

primendum in verbo, & figura num.7. Alexan. in l. iudices num.
2 3.C.de iudicijs. Ex quibus indiuidualiter infero primo, quod † admittitur in isto iudicio exequutiuo census Bullaris exceptio,
3 tu non es Procurator per allegata, Procuratorium † autem, etsi per testes probari posset, secundum veram, & magis communem opinionem, quam refert, & sequitur Iason in l. 1. sub num. 7. vers. secũda principalis C. de procur. Bartol. in l. si Procuratorem nu. 4. ff. de procurat. Imol. in clem. 1. de procurat. num. 25. vbi refert communem opinionem Boer. decis. 281. num. 2. vbi etiam refert communem opinionem, gloss. in verbo præscripserit in princip.
4 l. maritus C. de procurator. glos. 1. in c. 1. de procurator † Qui sũt recipiẽdi parte citata cuius interesse vertitur Succin. reg. 204 c. quoniã frequenter in princip. vt litè nõ cõtestat. l. de vnoquoquè ff. de re iud. l. nam ita Diuus ff de adopt. l final. C. si per vim vel alio modo, &c. c. 2. extrà de testib. l. si quando C. eod. cap. chartæ
5 3. quæst. 9. cap in primis vers. deinde 2. quæst. 1 Et † dato termino ad reprobandum, alias non probarent Cagnol. in l. 2. nu 125. vbi dicit communem opinionem C. de eden. Arno. soliloq. 77. Bart. in extrauag. ad reprimendum ver. de plano sub nu 3. ibi secus si habuit Hyppol. Sing 81. incip. aduertas ad vnum, & consil. 120. inter cons. crim. incip. splendore gratiæ tuæ nu. 18. Roman. cons. 156. nu. 3. qui allegat Bal. ita tenentem in l. si quando in fine C. de testib. & in l fin. C. qui adm. quem in libro meo non inuenio hoc dicentem, Sed bene, quòd instrumenta, & aliæ probationes produci debent parte citata, Petr. de Greg. hic in 8. quæst. princ. vers. secundo aduertendum est Alex. in addit. ad Bart. in l. fin. in 1. lect. C. de fide instrum. Ludou. Roma. cons. 519. sub nu. 3. incip. in casu propositæ, Ang. Aret. in § appellantur nu. 93. Instit. de exceptio.
6 Cum. in cap Ritus 47. nu. 3. fol. 295. attamen † ad exigendum, & recipiendum solutionem non poterit probari per testes, sed per instrumentum Hyppol. in rubr. de probat. nu. 30. Franc. Cremen. Sing. 138 Bal. in l. falsus nu. 27. C. de furt. Alex. in l. 1. num. 16. qui dicit, quòd in hoc non inuenit contradictorem, C. de procurator.
7 Secundo infero, quòd in præfato iuditio † exequutiuo admittitur exceptio, tu es bannitus, minòr, vel excomunicatus, Bart. in dicto §. & parui nu. 6 quem refert, & sequitur Anton. de Cana. in tract. de exequut. instrument. quæst. 15. Etsi Bened. de Barz. in tract. de libel. Guatent. 3. par. quæst. 10. sentiat contrarium

rium

rium quando statutum simpliciter denegat obiecta contra exequutionem instrumenti,per quæ exequutio prędicta differri possit,vt loqui videtur nostra Pragm.in tex. ibi *quæ quidem exequutio*,& vers.si forte.

ANNOTATIONES.

2 *Adde ad id, quòd exceptio legitimationis personæ nunquam censeatur reiecta vigore statuti reijcientis omnes exceptiones, Bald.cons. 352.donatio causa mortis lib.2.Dec.in c.ex parte 2.nu. 42. de offic. delegat. Ias.in l. 2.§. prætor ait num. 5.ff. qui satisd. cogan. Afin. in praxi iudic § 31.c.23. Menoc.de præsumpt.lib.2 præsumpt.48.nu. 6.Burg.de laudim.par.3.in spect.40.num.41. late Graff. de except. except.4. eund.Intrigl. singu 173 num. 9. lib.2. & in terminis nostræ pragm.de censibus Milanens. decis. 3. nu. 138. lib.2. qui refert Intrigl.hic.*

Marcell.Conuersanus.I.C.

QVAESTIO LVIII.

Vtrum depositum censualium admittatur?

SVMMARIVM.

1 *Debitor Bullaris contra quem fuerit causata executio pro annualitatibus si deponit, an liberetur. & nu. 3.*
2 *Verbum* solutio *simpliciter prolatum intelligitur de quacunque satisfatione.*
4 *Verbum* solutio *cum aliquo adiunctum, importat naturalem, et manualem solutionem, & nu. 5.*
6 *Deponens pecuniam non dicitur realiter soluere, sed satisfacere.*
7 *Verbum* satisfacere *est latissimum.*
8 *Depositum censualium admittitur, si creditor oblatam pecuniam recusauerit sine iusta causa recipere.*

Vtrum

1 VTrum † debitor censualis, contra quem fuerit causata exequutio pro annualitatibus faciendo depositũ liberetur. Et videtur, quod sic. Quia depositione totius pecuniæ debitæ sollenniter facta liberatur debitor l. obsignatione C. de solutio l. acceptã C. de vsur. l. item liberatur §. qui paratus vbi gl. 1. ff. quib. mod. pig. vel hyp. tacitè cõtrah. & hoc multo magis secundum aliquos procederet quando debitor se opposuisset aduersus exequutionem, & fuisset interloquutum quod reiciantur, & facta solutione audiatur præstito &c. quasi tunc videatur soluere virtute sententiæ, in qua fit mentio de solutione simpliciter sine additamento alterius dictio-
2 nis, realis *a* Prout in Pragmatica legimus † qđ verbũ simpliciter
a prolatũ de quacunq; satisfatione intelligi potest l. solutionis ff. de solut. l. solutionis verbo ff. de verbo. & rer. sign. Foller. hic tit. quę quidẽ executio nu. 38. fol. 261. Contrariã sentẽtiam nihilominus
3 iudicamus veriorem † vt debitor Bullaris deponendo non liberetur, stante dispositione nostræ Pragmat. exigentis, realem solutionem, quam in terminis terminantib tenet Petr. Greg. hic in 9. quæst. princ. vers. 3. infero, eamq. sentit Cum. in cap. 93. Ri-
4 tus nu. 16. & 17. Quibus etiam ad stipulatur, quod † verbũ solutio cum alio verbo adiunctum (vt hic in nostra Pragmat. in tex. ibi *realis solutionis* importat veram, & naturalem numerationem l. solutam in prin. vbi expressius Paul. de Castr. num. 2. ff. de solut. Ripa in l. 4. §. soluisse col. 2. in princ ff. de re iud. Cagn. in l. nemo dubitat num. 4. ff. de reg. iur. Fan. de pign. in 5. par. 1. memb. sub
5 nu. 4. fol. 79. facit l. Iulianus *la* 1. ff de cond. & demonstr. & quod † manualiter pecunia numeretur creditori Rol. Auall. cõs. 53. n. 43.
6 vol. 1. Rom. cõs. 352. sub n. 3. vers. cæterũ. At qui † deponit pecuniã non dicitur realiter soluere, sed satisfacere l. item liberetur §. 1. vbi Bart. ff. quib. mod. pign. vel hypo. solua. Auall. cons. 53. nu. 42.
7 vol. 1. Ias. cons. 146. col. 2. vol. 2. † Quod verbũ satisfacere est latissimũ l. satisfactio ff. de solutio l. 4. §. ait prætor ff. de re iud. l. si rẽ §. fin. ff. de pign. actio. §. venditæ Insti. de rerum diuisio. merito deponendo non liberabitur. Quam nostram sententiam, & commu-
8 nem limitamus, nisi † creditor oblatam pecunia. dolosè accipere recusauerit: quia tũc iure optimo admittetur depositũ. Tiraq. de retr. sang § 9. gl. 3. n. 3. fol. 484. est tex. in §. illud quoq; in aut. vt exact. instr. DD. in l. acceptã C. de vsu. l. 2. vbi Sal. in 1. not. C. eod.

ANNO-

ANNOTATIONES.

a *Confunditur hæc cōsideratio ex eo, quòd neque etiam pro adimplemento sententiæ requirentis simplicem solutionem sufficit deponere, vt scribit Viu. decis. 192. nu. 3. qui propterea infert, eum, qui vigore sententiæ fuit condemnatus ad rem restituendam, solutis prius melioramentis, non teneri illam restituere, si victor precium melioramentorum deponat subditq. ita iudicatum in Regia audientia.*

b *Eandem opinionem, quòd exceptio simplicis depositi non admittatur aduersus executionem cōtractus censualis, probare videtur Milan. decis. 18. nu. 6. & 15. lib. 2. Quæ eo magis procedit, quando agitur aduersus principalem debitorem, qui in ipso contractu censuali iurauit soluere in pecunia numerata, quo casu est omnino indubitatum, depositum non habere vim solutionis ex his, quæ scribit Roland. cons. 53. nu. 42. lib. 1.*

Limitatur primo, vt per Intrigl. hic num. 8.

Limitatur secūdò, nisi creditor sit absens: tunc enim debitor liberatur, modo prius protestetur coram iudice, aut si iudicis copiam habere non possit, coram honestis personis, quòd est promotus soluere, si est qui velit, ac possit solutionem recipere. l. fin. ff. de lege commiss. l. si creditrici C. de vsur. Paul. de Cast. in l. acceptam n. 13. C. eod. Gozadin. cons. 71. nu 7. Tiraquel. de retract. lignag §. 9. glos. 3. nu. 5.

Limita tertio, nisi subsit caussa deponēdi: Nam, iusta interueniente caussa, cur simpliciter non soluatur, vt si minori, vel furioso soluendum sit, depositum est pro solutione l. qui mutuam §. fideiussor ff. mand. l. fideiussor 65 ff. de fideiuss. Crauett. cons. 705 nu. 8.

Limita quarto in deposito iudiciali: id enim obtinet vim solutionis Bald. in l. si reus paratus num. 1 ff. de procur. Gram. cons. ciuil. 107. num. 14 Cioff. cons. 47 nu. 3 lib. 1. Viu. d. decis. 192 nu. 4.

Limita quinto, nisi creditor iam accepisset depositum: tunc enim procul dubio admittitur exceptio depositi ob vulgare illud axioma, frustra petis quod intus habes, vt inquit Milanens. d. decis. 18. nu. 7.

Marcell. Conuersanus. I. C.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO LIX.

Vtrum exceptio defectus extremorum admittatur in Bulla.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio defectus extremorum vtrum admittatur contra executionem census Bullaris.*

2 *Statutum reijciẽs omnes exceptiones præter vnam omnes aliàs, etiam maiores expressa reijcit.*


3 *Exceptiones etiã concretæ per Pragmaticam de censibus reijciuntur.*

4 *Statutum si disponat cum certis qualitatibus, intentans conditionem ipsius debet omnes qualitates ab eo requisitas probare.*

5 *Exceptio nunquam videtur exclusa, quæ ortum habet ex facto aduersarij.*

6 *Statutum reijciens exceptiones non videtur reijcere illas quæ proueniunt ex eodem, vel alio statuto.*

7 *Exceptio intentionis, & facti nunquam videtur à statuto exclusa.*



1 VTrum contra exequutionem censualium admittatur
exceptio defectus extremorum, puta non fuisse impo-
situm censum super bonis subiugatis tempore con-
tractus subiugatorij, vel non esse probatam detenta-
tionem, seu possessionem rerum subiugatarum, vel mortem, &
successionem, vel non habere actorem ius, & causam, & simil. Et
2 videtur quod non. Quia Pragmatica nostra reijcit omnes excep-
tiones, præter realem solutionem, vndè nulla alia admittitur,
etiam maior expressa gloss. notab. in cap. ex parte il 2. in verbo
nullæ in fine extra de offit. deleg. gloss. in capit. accepimus in ver-
bo exceptiones in fine extra de æta. & qualit. Bald. in l. ita nobis
cordi nu. 1. C. ad l. Iul. de adul. Alex. cons. 94. col. 2. vers. item illa
decis. vol 4. Ang. in l. & non tantum §. quod si pro tempore nu. 2.
ff. de petit. hæred Quamuis contrarium, & pessimè scripserit in l.
sciendum post prin. ff. de euict. & in l. Paulus §. hæres num. 2. ff. de
vsur. Quibus etiam adstipulatur Doctrina Petri de Gregor. hic
in 8. quæst. vers. 4. aduertendum est in fine, Quod ex nostra Prag-
matica, maximè ob vim illius dictionis *cuiusuis* ibi appositæ,
dum

3 dum tex. dicit *aut alterius cuiusuis exceptionis obiectu &c.* † tolluntur exceptiones, etiam concretæ, quæ leguntur in instrumento allegat Ang.cons.234. sub nu. 4. Contrariam nihilominus sententiam iudicamus veriorem, quã in indiuiduo tenet hic Aloy. de Sept. in verbo aut alterius cuiusuis exceptionis, & Petrus de
a Greg. vbi supra vers. prædicta tamen circa medium *a* Bulla enim nostra in exequtione censualis instrumenti exigit omnes prædictas qualitates, vt patet in tex. Bullæ ibi *rebus, & proprietatib. suis, &c.* & in tex. Bullæ ibi *eorumq. proprietates, &c.* & in text. Pragm. ibi *singularium detemptorum, &c.* & in cap. Ritus 103. & 175. iuncta l. non est nouum cum duabus seqq. ff. de ll. Dec. cons. 553. nu. 8. vol. 4. Cum. in cap. Ritus 41. num. 18. & in cap. 56. sub nu. 55. Tiraq. de retr. lign. §. 15. glo. 3 sub nu. 21. vndè intentans
4 benefitium † illius Pragmaticæ, seu Bullæ debet omnes qualitates ab ea requisitas probare Bart. in l. 2. §. quod autem a t ff. ne quid in flum. publ. Dec consil. 524. nu. 1. vol. 4. & cons. 434. nu. 2. vol. 3. & cons. 356. nu. 4. vol. 3. Boer. cons. 8. num. 15. Hyppol. Sing. 187. Alex. cons. 82. col. 1. vers. pro hoc benè facit vol. 1. Ang. in l.
5 vel. negare ff. quemadmo testam. aperiant. † eaq; exceptio nunquam videtur exclusa, quæ ortum habet ex facto aduersarij agẽtis. Dec. cons. 27. num. 4 volum. 1. facit tex. in l. qui offitij §. fin. ff. de contrah empt. & in l. veteres in fine ff. de itinere actuq. priuat. addit. ad Bart. sub n. 4. in l. eũ qui ita §. qui ita stipulatur ff. de verb. obliga. Roma. cons. 472. in fine Auall. cons. 52. nu. 31. & 32.
6 volum. 1. nec † quæ ex eodem, vel alio statuto proueniunt, vt isthæc de quibus in nostro themate Bart. in l. 1. §. & parui sub nu. 5. ff. quod vi aut clam. Dec. consil. 239. num. 9. vol. 2. & consil. 251. nu. 3. ante finem vol. 2. Cum. in cap. Ritus 16. num. 50. Angel. in l. ita nobis cordi C. de adult. Alex. consil. 145. in fine vers. nec ta-
7 lis nullitas volum. 5. nec illa denique † exceptio exclusa per no-
b strã Pragmaticã videtur, quæ intentionis, & facti dicitur *b* Bal. in l. sancimus nu. 80. de donatio. Ias. in l. qui se debere nu. 6. ff. de conditio. causa data. Cum. in cap. Rit. 40. nu. 231. & in cap. 16. nu. 39.

ANNOTATIONES.

a *Adde Milanens. decis. 3 nu. 134. & seqq & decis. 8. nu 18. lib. 2. Graff. de except. except. 6. nu. 2. D. Gars. Mastrill. in addit. ad Petr. de Greg. de Censib. quæst. 6. nu. 103.*

Digitized by Google

b *Idem scribunt Petr. de Greg. de censib. q. 8. nu. 16. Milanens. decis. 2. num. 154 decis. 3 nu. 27. decis. 8. num. 45. & decis. 9. nu 83. lib. 2. Graff. de except except. 26. nu. 2. Quamuis contrarium sentire videatur Franc Prouinz in annot. ad Pragm. de censib. nu 39. & ibid. Ferdinan. Bongiorn. nu. 36.*

Marcell. Conuersanus. I. C.

QVAESTIO LX.

Vtrum executio censualium procedat contra fideiussorem in discusso principali.

SVMARIVM.

1 *Executio censualium vtrum procedat contra fideiussorem eiusq. bona indiscussa actione personali, & reali contra principalem debitorem.*

2 *Fideiussor regulariter non conuenitur indiscusso debitore principali.*

3 *Fideiussor conuenitur indiscusso principali si iurauerit in contractu soluere. Sed contra nu 4.*

5 *Iuramentum intelligitur secundum naturam actus super quo interponitur.*

6 *Tertij possessores bonorum principalis debitoris prius excutiantur, & deinde tertij possessores bonorum fideiussoris.*

7 *Fideiussor pro censu conuenitur insolidum sine discussione, si constituit se principalem pagatorem, & renunciauit omnibus beneficijs eius cum iuramento.*

8 *Beneficia fideiussorum quæ sint.*

9 *Tertij possessores bonorum fideiussoris quo ordine conueniantur.*

10 *Subiugatio generalis, specialis, & indiuidualis quæ dicatur.*

11 *Argumentum à contrario sensu habet locum in statutis.*

1 VTrum † executio censualium procedat contra fideiussorem eiusq. bona in discussa actione personali,
2 & reali contra principalem debitorem Et notabiliter sic distinguerem ex mente omnium scribentium
2 hic Quod aut fideiussor † simpliciter interuenit in contractu subiugatorio absque renunciationibus beneficiorum

eius

Digitized by Google

eius, Et tunc dico prius discuti principalem debitorem, eiusq.
b bona per eum possessa, & postea fideiussorē b authent. hoc si debitor vbi gloss. & Doctor. C. de pignor. auth. præsente C. de fideiuss. authent. de fideiussor. in princ. gloss. in cap. 2 extra eod. Rom.
3 cons. 241 nu. 6. Soc. in reg. 134. nisi secundum aliquos, † fideiussor iurasset in contractu soluere. quia tunc conuenietur absque
c principalis debitoris discussione c, Hyppol. in rubr. de fideiussor. nu. 9 Bald. in cap. ex rescripto in 2. col. per illum text. extrà de iureiurand. Aualle cons. 6. num. 45. vol. 1. Alexand. cons. 32. col. vlt. vers. quarto, principali vol. 4. & in addit. ad Bart. in princ. sub nu. 7. ad l. Marcellus ff. de fideiuss. Marc. Anton. Bauer in tract.
4 de virt. iuramen. nu. 11. Soc. reg. 134. in 1. Fallen. † Quam limi-
5 tationem minime sectamur, eo maxime fundamento, quia † iuramentum intelligitur secundum naturam actus super quo interponitur: & consequenter præmissa excussione Alexan. sibi contrarius in l. fin. in princ. nu. 12 ff. si cert. pet. Ias. in l. decem. nu. 24. ff. de verb. oblig. qui allegat Bald. sibi contrarium in c. cum con-
6 tingat in 12. col. extrà de iureiurand. & prius † tertij possessores bonorum principalis debitoris, excutientur, & deinde possessores bonorum fideiussoris. gloss. fin. in fin. vbi Doctor. communiter in authen. hoc si debitor C. de pign. Bart. in l. prosecutione nu. 4.
7 in fine C. de pign. §. sed neque in authen. de fideiussor. Aut † fideiussor, qui interuenit in contractu subiugatorio se constituit prin
8 cipalem debitorē expressis verbis, vel ob clausulā, *vt bancus* † renuncians cum iuramento beneficijs de fideiussoribus epistolæ Diui Adriani constitutionis de duobus reis, & omni legum auxilio pro se facienti, quibus indifferenter in præsentiarū Notarij, vtuntur, de quibus in authen. præsente C. de fideiussor. l. fin. C. de constit. pecun. authen. sed hoc ita C. de fideiussor. cap. Regni Regis Alphons. 543. incip. qui fideiussor titul. interpretr. princ. fol. 158. secundum antiquam impressionem, & tunc cōuenitur insolidum absque bonorum principalis discussione. Petr. de Greg. hic in vlt. quæst. vers. tertio permittit. Et Henric. de Medic super verbo de-
9 tentorum. Verum, quod isto casu † tertij possessores bonorum ipsius fideiussoris cōueniuntur hoc ordine. Quia aut eius bona fue-
10 rint specialiter, vel indiuidualiter subiugata. Specialiter, † puta quia fuit dictum, omnia bona mobilia, stabilia, Burgensatica, feudalia, &c. Indiuidualiter, puta talis vinea, domus, clausura, tenu

Digitized by Google

ta,&c. secundum Petrum de Greg. in 6. quæst princ. vers. tertio aduertendum est. & tunc conuenientur absque bonorum princi- palis debitoris, vel ipsius fideiussoris discussione Petr. de Greg. hic versic. Tertium priuilegium est,& in 6 quæst. princ. vers. se- cundo infero & Foller. tit. tamquam res iudicatas nu. 13. & 23. & est text. nostræ Pragm. in princ. ibi *discussione contra personas, & bona, &c.* iuncto vers. text. Bullæ ibi *cum oportuna contrahen- tium securitate, tuitione, & indemnitate, &c.* Couarr. lib. 3. resolut. cap. 7. sub nu: 6. Cassan. in cons. Burg. rubr. 5. §. 2. nu. 33. facit quod not. Guid. Papa quæst. 42. & quæst. 576. nu. 2. in fine. Aut eiusdem fideiussoris bona fuerint generaliter subiugata, puta quia fuit di- ctum omnia bona Petr de Greg. vbi supra. Petr. Nicol. Mozz. in tract. de contract tit. de pign nu. 11. fol. 44. glos. 2. l. 1. in princ. ff. de pignor. Et tunc non conueniuntur, nisi discussis principali debitore, eiusq. bonorum possessoribus, & fideiussore per text. dictæ Pragm. in princ. ibi *super quibus censualia ipsa fuerint spe- cialiter onerata*. Ponderando illud verbum *specialiter* à contrario
11 sensu, quod argum. est validissimũ † in statutis. Maran. in disput. 2. nu. 36. Bald. in l. 2. C. de cond. inser. Cagnol. in l. 1. nu. 131. ff. de offic. eius, prout ante nos ponderasse ininspicimus Petr. de Greg. & Foller. vbi supra.

ANNOTATIONES.

a *Adde, quòd in contractu censuali potest interuenire fideiussor, vt supponit Intrigl. hic, & apertius tradunt Petr. de Gregor. de censib. quæst. 10. nu. 6. Surd. cons. 318. nu. 6. Felician. de censib. lib. 1. c. 4. nu. 3. & lib. 3. c. 3. nu. 1. late Anton. de Ball. Iun. ad pragm. de cen- sib. quæst. 20. fol. 300. Roder. de ann. redit. lib. 2. q. 12. nu. 9. qui id ve- rum censet, etiam stante Bulla Pij V. quidquid in contrarium scri- bat Nauarr. cons. 18. nu. 5. lib. 3. tit. de empt. & vendit. & hanc opi- nionem vsu, & consuetudine receptam testantur Bened. Bon. de cen- sib. art. 68. nu. 101. Brunor. à Sole quæst. 3. nu. 12. Quæ in Regno videtur probari ex Bulla Nicolai V. ibi* cum opportuna cõtrahen tium securitate, tuitione, & indemnitate, *& ibi*, & alijs cautioni- bus vallatas. *Estq. in his censuum fideiussoribus speciale, vt quam- uis diu steterint in obligatione, non tamen possint cogere principalem*

debi-

debitorem.vt eos eximat à fideiussione. quia.cum census habeat caussam successiuam quandiu non fuerit redemptus;idq. fideiussores præuiderint, aut præuidere potuerint, consequens est, vt ex natura ipsius actus in perpetuum teneantur; nec vnquam possint petere se liberari à fideiussione, vt scribunt Bened. Bon. d. artic.68. Felician. d.cap.3. num. 9. & in nouiss. Addit. num.1. & seqq Roder. lib.2. quæst.13.nu.17.& 18. Non tamen poterit in contractu census fideiussor se obligare principaliter, & in solidum, sicuti affirmant Surd. d.cons.318. nu.12. Facbin.controuer. iur. lib 10. c. 64. ea moti ratione,quia non possunt plures rei debendi constitui in censu,nisi in omnibus concurrant sollemnitates necessariæ ad constituendum censum, idest, vt omnes precium recipiant; omnes certam rem obligent,quod hodie maxime requiritur, non solum ex Bulla Pij V. sed etiam ex Bulla Greg.XIII. vt scripsimus supra in Annot. ad quæst.37. Neque enim videtur posse quem insolidū obligari ad censum, nisi sollemnitates illas seruet,quas seruaret,si solus obligaretur. Nam sicuti plures sunt, qui obligantur, ita plures sunt obligationes principales, & plures stipulationes l.eandem §.vlt.vbi Bart.& alij ff de duob.reis.

Quibus tamen non obstantibus, non puto recedendum à contraria opinione,quam expressim probare videntur Intrigl.hic num.7 & 8. Felician. d.c.3. nu. 3. Quoniam valde absurdum videtur, vt si plures se obligent ad censum, in singulis interuenire debeant sollemnitates requisitæ ad illum constituendum, alias enim nec, si omnes de precio participarent, ac certa bona supponerent, possent insolidū obligari.sed tantum pro rata pretij,quæ ad eos peruenit,cuius contrariū late probat Roder.lib.2.quæst.5.Videturq.SS Pontificum menti satisfactum si requisita ad constituendum censum interueniant quoad vnum ex obligatis. Quia licet respectu personarum, quæ se obligant plures dici possint obligationes, tamen respectu rei promissæ vnica est obligatio. non enim ex pluralitate personarum census multiplicatur, sed vnicus, & idem debetur, ac si vnus tantum se obligasset.l.duobus §. vlt.ff de duob.reis: Et sollemnitates in censu videntur requisitæ non respectu personarum, quæ se obligant, vt quot sunt personæ toties debeāt interuenire; sed respectu ipsius actus cēsus,qui vnicus est, ac debetur, licet plures in solidum se obligauerint. Nec obstat, quod sollemnitates,quæ requirerentur,si quis solus ad censum se obligaret, videtur etiam necessariæ.si quis in solidum se obliget cum alio. Nam fatemur etiam hoc casu requiri sollemnitates census, At dicimus suf-

fice-

Digitized by Google

ficere, si adsint respectu alterius correi; nec requiri, ut interueniant respectu cuiuslibet obligati. id enim verum esset, quando singuli obligarentur ad nouum, ac diuersum censum ita, quòd ex pluralitate personarum census multiplicaretur, quod non est in casu isto.

b *Quamuis secundum ius commune verissimum sit fideiussorem census conueniri nõ posse, nisi excusso principali, vt in terminis cẽsus late scribit Felician. de censib. lib. 3. c. 3. tamen in Regno, stante Pragmatica Regis Alphons. contrarium videtur verius. Nam cum dicta pragmatica, dum concedit viam executiuam contractui censuali sub sub vna, et eadem determinatione loquatur de principalibus, eorumq. heredibus, ac fideiussoribus, est ita intelligenda, vt quemadmodum principales, eorumq. haeredes possunt simpliciter conueniri, ita etiam eorum fideiussores, ex vulgari illa regula, quòd determinatio respiciens plura determinabilia debet illa aeque determinare l. iam hoc iure cum simil. ff de vulg. & pupill. Accedit, quòd si tertij detentores bonorum specialiter subiugatorum, qui de iure conueniri non poterant, nisi excussis principalibus ac fideiussoribus Auth. hoc si debitor C. de pignor. etiam, si possiderent rem specialiter hypothecatã ex veriori sententia quam late probat Fachin. contr. iur. lib 10. c. 10. & in senatu receptam testatur Thess. decis. 51. nu. 6. ex nostra pragmatica conueniuntur nulla facta discussione, multo magis cõueniri poterunt fideiussores. quibus rationibus hanc opinionem firmat Petr. de Greg. de censib. quaest. 6. nu 5. quem refert, ac sequitur Ant. de Ball. Iun. ad eand. pragm. de censib. q. 20. in fin. vbi reprobat Intrigl. hic.*

c *Vide Tiraquell. in l. si vnquam in praefat. nu. 137. & 152. C. de reuocan. donat. Couarr. in c. quamuis pactum p. 1. § 4. nu 4 de pact. lib. 6. Duen. reg. 355 lim. 20. Gutierrez de iuramen. confirmat. p. 1. c. 23. nu. 26. Gabr. comm. conclus. lib. 3. tit. de fideiuss. concl. 1. nu. 46. & 47. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 88. num. 2. Marcin. de iuramen. p. 4. effec. 32. Fachin. controuers. iur. lib. 3. c. 15.*

Marcell. Conuersanus I. C.

QVAESTIO LXI.

Vtrũ pactũ de non opponendo sit efficacius Pragmatica de censibus.

SVMMARIVM.

1 *Pactũ de non opponendo adiectum in contractu subiugatorio, v(?) operatur plus quã nostra Pragm. Regis Alphõsi. et nu. 2. 20. et 24*

3 Pa-

1 VTrum † pactum de non opponendo adiectum in contractu subiugatorio operetur plus, quàm nostra Pragmatica de censibus. Et nonnulli dixerunt † quòd in multis
2 paginis prouidentur contrahentes pacto de non opponendo,

quàm

quàm Pragmatica prædicta. Et primo secundum Petrum de Gre-
3 gor. hic in decima quæst. vers. et primo certum est, † quòd, etsi
ex Pragmatica Regis Alphonsi admittatur exceptio realis solu-
tionis publicis documentis, alijsque scripturis plenam fidem fa-
cientibus exhibendæ, vt in tex. ibi *præterquã realis solutionis, &c.*
attamen, stante pacto de non opponendo, non admittitur excep-
4 tio prædicta [a] † quod nos minimè approbantes Leoninã, & falsam
a Petri de Gregor. putamus opinionem. Tum, quia est contra ver-
5 ba expressa pacti prædicti, dum † notarij communiter sic illud
extendunt; *cum pacto quod dicti contrahentes, eorumque hæredes
non possint se opponere excipere, vel defendere, nec iudicis officium
implorare, nec aliquid præuenire, dicere vel allegare, quomodocum-
que, vel qualitercunquè tam aduersus exequutionem, & verificatio-
nem ipsorum extremorum, quam etiam aduersus contractum, vel
aliqua in eo contenta, quin prius, & antè omnia soluant, & adim-
pleant formam præsentis contractus* Ponderando illa verba *quin
prius, & ante omnia soluant* Quia postquàm soluit non debet ob-
6 stare pactum de non opponendo. Tum quia † bonafides non pati-
tur, vt bis idem exigatur l. bonafides ff. de reg. iur. cap. bonafides
eodem tit. lib. 6. l. Stichum §. dolo ff. de solutio. §. condemnato vbi
7 gloss. l 3. ff. de tab. exhiben. l. bonafides ff. depos. Tum quia † excep-
b tio solutionis numquam videtur prohibita [b] secundum commu-
nem opinionem, quam refert, & sequitur Cagnol. in l. bonafides
nu. 2. ff. de regul. iur. vbi etiam Dec. nu. 3. Angelus in l. & non tan
tum §. quod si pro emptore ff. de petit. hære. Alex. cons. 113. sub
nu. 13. vol. 5. Dec. in l. non est nouum in fine C. de edendo, & in
8 cap. ex parte *il* 2. col. fin. extra de offic. deleg. Tum quia, alias † pa
ctum prædictum esset contra bonos mores, & per consequens red
deretur inefficax l. pacta quæ, & l. fi. C. de pact. l. stipulatio hoc
modo concepta, vbi Ias. nu. 6. qui ampliat, etiam si adfuerit iura-
mentum ff. de verb. oblig. cap fin. vbi glos. magna prope finem
extrà de pact. cap. non est obligatorium, vbi gloss. propè finem de
reg. iur. lib 6. l. alia §. 1. ff. soluto matrim. Secundo secundum eun
dem Petr. de Greg. vbi supra. versic. secundo deduco, Quia, etsi
Pragmatica nostra admittat aduersus executionem census Bul-
9 laris, quòd † instrumentum censualium non est instrumentum,
carens subscriptione notarij, annis Domini, inditione, vel simili,
Bar. in l. 1. §. & parui nu. 3. vers. quandoque opponitur ff. quod vi
aut

Digitized by Google

aut clam. Dec. cons. 499. nu. 14. vol. 4. Cagn. in l. 1. n. 16. C. de eden. Alex. cons. 33. in prin. ibi & maximè volum. 1. Cum. in cap. Ritus
10 26. nu 33. tamen stante † pacto de non opponendo, non admittitur exceptio, prædicta secundum eum, per ea, quæ voluit Bart. in l. si filius ff. quod cum eo. & in l. vbi pactum C. de transact. Ias.
11 in l qui se habere ff. de cond. causa data, Quod nos † etiam repro-
12 bamus illo potissimo fundamento, quia, si † instrumentum est nullum defectu formæ secundum gloss. in l. generali C. de tabularijs scrib. &c. lib. decimo, vbi Ioann. de Plat. & Lucas de penna l. contractus, vbi Docto. C. de fide instrument. Doct. in cap. 1. extrà eod. capit. Ritus 101. incip. quicunque, & cap. 110. incip. ad tollendam
13 & consequenter venditio censualium in eo adscripta est nulla, † quæ secundum receptiorem opinionem, quam alias firmauimus requirit necessario scripturam, & iure validam, argument. l. 4. §.
14 condemnatum ff. de re iudic. Corruit etiam † pactum de non op-
c ponendo vti accessorium c Cagnol. in l. contractus num. 109. ff de regul. iur. gloss. in verbo Fauiana l. si patronus ff. si quid in fraudem patron. capit. cum Paulus, & capit. Principatus 1. quæstio. prima, Iaso. in l. sub prætextu la 1. numero 13. C. de transactio. Bald. in l. ex testamento propè finem C. de fideicommiss. & in cap. 2. de feud. dato in vim l. commissor. & in l. non dubium in 10. oppos. C. de ll. Ruin. cons. 127. nu. 14. 15. 18. volu. 5. Bartol. in l. quod
15 meo sub numero 1. ibi vel sustinendo ff. de acquirend. possessio. † qui loquuntur in terminis præcarij, & constituti, l. cum principalis, vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. cap. accessorium de reg. iur. libr. 6. l. nihil dolo §. cum principali ff eod. l. final. ff. de const. pecun. Bald. in l si absentes numero 11. in fine C. si certum petatur.
16 vbi loquitur † in confessione, & præcepto Guarentigiæ Bened. de Barz. in tractat. de libell. Guarant. 1. part. quæst. 6. Tertio secundum eundem Petrum de Gregor. vbi supra versic. Tertio de-
17 duco, † quia quamuis Pragmatica nostra admittat exceptiones modificatiuas, Iason. in l. 1. num. 18. ff. de iuris, & facti ignoran.
18 tamen stante pacto prædicto † de non opponendo tolluntur prædictæ exceptiones. Sed aduerte contra eundem Petr. de Gre-
19 gor. quia etiam nostra † Pragmatica reijcit pręfatas exceptiones modificatiuas, namque quando statutum fauet exequutioni in-
d strumentorum, reiciuntur dictæ exceptiones d Prout est nostra Pragmatica in text. ibi *quæ quidem executio, &c.* Secus quando

Dd fauerct

fauerer instrumento. Bartol. in l. si filius familias ff. quod cum eo vbi Paul de Castro nu. 3. Iason. in dicta l. 1. num. 18. in fine dum allegat Bartol. limitantem in dicta l. si filius Cum. in indiuiduo in capit. 17. Ritus numero 37. Anton. de Canar. in tractat. de exequut. instrumen. quæstio. 28. in fine Angel. in §. minima numero 4. Institu. de cap diminut. Petr. de Anchar. consil. 6. Quare tene-
20 mus in themate proposito, quod eundem producit effectum Pragmat. Bullaris, & pactum de non opponendo, quia sicut pa-
21 ctum de † non opponendo tollit exceptiones, & defensiones Viper. in l. 1. §. & parui ff. quod vi aut clam. Cum. in cap. ritus 17. nu.
22 29. & in capitul. 22. nu. 2. ita & † dicta Pragmatica tollit pariter
23 exceptiones, & defensiones. Quod patet. Quia † tollit officium
e Iudicis e Foller. hic tit. tanquam res iudic. numero 41. & in indiuiduo Ioan. Aloys. de Septim. in 3. quæst. in vers. non obstant in contrarium allegata Quod non videtur sublatum per statuta tollentia exceptiones tantum, nisi etiam defensiones tollant. Bart. in dicto §. & parui numero 8. Paul. de Castro in l. si à domino §. fructus in fine ff. de petit. hær. Abb. consil. 44. nu. 3. vers. circa secundum casum volum. 1. & in cap. item cum quis numero 8. extra de restit. spoliat. & in capit. ex parte *il secondo* numero 6. ex-
24 tra de offic delegat. Imò diceremus, quod † plus operatur Pragmatica nostra, quam pactum de non opponẽdo, quia pragmatica
25 † ita fauet exequutioni censualium contra venditores principales eorumque hæredes, & successores, sicut contra tertios possessores bonorum, & rerum super quibus specialiter fuerit census impositus, vt est text. dictæ Pragmaticæ in princip ibi *sed etiam absque aliqua bonorum principalis debitoris, &c.* Foller. hic titul. tamquam res iudicatas num. 13. & 23. Petr. de Gregor. hic vers. tertium priuilegium est in princip. Couarruu. libr. 3. resolution.
26 cap. 7. num. 6. At pactum † de non opponendo ligat dumtaxat
f contrahentes, eorumque hæredes, non autem tertium f Cum. in capitulo 17. Ritus num. 111. Petr. de Gregor. hic in fine cõmenti Alexand. consil. 83. colum. vltim. versic. Non obstat etiam additio
27 statuti volum. 3. Sicut. etiam dicimus in iuramento, quod † ligat iurantem, & eius hæredem ad obseruantiam ipsius, non autem tertium. Innocent. in capitul. veritatis extra de iureiurãd. Iason. in l. nemo potest numero 47. & 48. ff. de legat. 1. in 1. lect. Doctor. in l. qui superstitis ff. de acquirend. hæredit. Francisc. Curt. cons.

110. nu-

Digitized by Google

110.numer.16.in fine volum.2.Bartol.in l. cum quis decedens §. codicillis num.10.vbi etiam Alexan.in add.ff.de legat.3.Quam-
28 uis † hæres periurium non incurrat ob iuramentum defuncti, †
29 cum vinculum iuramenti sit personale ex parte iurantis Abba. in dicto capitul. veritatis per illum text. Curt. vbi supra Marc. Anton. Bauer.in tract.de virtut.iuram. num. 3.in fine Bartol. in l.generaliter num.2.& 3.C.de reb.cred. & iureiuran.

ANNOTATIONES.

a *Vide Milanens. decis. 13.nu.78.85.& 133.lib.2.Burg.de Laudim.p.3.insp.40.nu.128.*

b *Adde plene Carol. Graff. de except. except. 25.*

c *Vide quæ scripsi in Annot.ad Intrigl.singul.173.nu.3.lib.1.*

d *Adde in terminis nostræ Pragmaticæ de Censibus,quòd cum faueat executioni contractus, videatur reijcere etiam exceptiones modificatiuas Anton. Lanc. in annot. ad eand. pragm. num.20. & ibid. Io. Aloys. de Septimo num. 95. cuius verba refert. Milanens.decis.13. nu.64 lib. 2.*

e *Vide late eund. Intrigl.supra quæst. 15.*

f *Vide quæ scripsi supra in Annot. ad quæst.15.litt. F.*

Marcell. Conuersanus I. C.

QVÆSTIO LXII.

Vtrum solutio iuris gabellæ facta per Inquilinum, seu Colonum alij subiugatario secundum formam Bullæ, admittatur contra, executionem censualium?

SVMMARIVM.

1 *Colonus seu Inquilinus,contra quem fuerit causata executio, vtrũ possit opponere exceptionem solutionis factæ alij subiugatario secundum formam Bullæ,& nu.10.*

2 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum.*

3 *Ecclesia, minor,virgo,& vidua habent priuilegium in principalibus*


causis trahendi aduersarios coram Principe, non autem pariter priuilegiatos.

4 *Minor non restituitur aduersus alium minorem, vbi ab vtroque de euitando damno contendatur.*

5 *Spoliatus ante omnia debet restitui, Nisi agat cõtra aequaliter spoliatum de iure communi, nu.6. Secus autem ex forma Ritus. nu.7.*

8 *Actio cui datur multo magis, & exceptio.*

9 *Locupletari nemo debet cum iactura aliena.*



1 Trum † Inquilinus, seu Colonus contra quos fuerit causata exequutio pro iuribus censualibus secundum formam Bullæ, possit opponere exceptionem solutionis iuris Gabellæ factæ alij subiugatario secundum formam Bullæ, & per authentica documenta. Et quidam hic dixerunt, quòd sic, vt Aloys. de Sept. in verbo

2 aut alterius cuiusuis exceptionis vers. secundo dico. Per tria ma-

2 ximè fundamenta. Primo, quia subiugatarius non † vtitur priuilegio suo contra pariter priuilegiatum l. sed & milites in prin. §. coæqualitas ff. de excus. tut. l. verum §. item quæritur ff. de minor. xxv. an §. sed & præsenti. versic. tamen. in redemptionem in Auth. de Sanctiss. episc. l. non solum §. de vno ff. de rit. nupt. Bar. in auth. quas actiones nu. 3. C. de sacrosan. Eccl. Dec. cons. 221. nu. 6. volt. Cagnol. in auth. qui rem nu. 62. C. de sacrosanct. Eccl. Alba. de imm. eccl. num. 79. & nu. 37. Couarr. lib. pract. quæstio. cap. 7. vers. est & in hoc tractatu num. 4. fol. 43. Cum. in cap. Ritus 38. sub nu. 458 Hypol. Sing. 99. & 681. Iason. in l. si domus §. de euictione nu. 3. ff. de legat. 1. Abb. in cap. in præsentia num. 40. extrà de probat. Iaso. in d. auth. qui rem num. 17. Paul. de Castro in l. si instituta §. de inofficioso il 1. num. 1. ff. de inoffic. testa. Soc. iun. consil. 74. num. 21. volum. 1. Alber. in l. fin. num. 2. ex quibus caus. maio. Maran. in disput. 8. nu. 55. vbi limitat Corne. in auth. similiter nu. 16. C. ad l. Falcid. ex quo infertur, quod quamuis † ec-

3 clesia, minor, virgo, & vidua in principalibus causis habeant priuilegium trahendi suos aduersarios coram Principe, eo tamen vti non possunt contrà pariter priuilegiatum Capic. decis. 160. cap. Regni Reg. Rober. incip. quia nulla legis sanctio. rubr. quod iust. poss. cogn. de ciuil. caus. eccl. & eccles. person. pupill. viduæ & aliar. miser. person. fol. mihi 19. de quo mentionem facit Afflict. in

consi-

constitut. statuimus rubr. 37. lib. 1. num. 16. l. 1. C. quan. imper. inter pupill. & vid. Cum. in capit. Ritus 38. numero. 455. 460. 471. 477. qui ferè de verbo aduerbum transcribit Couar. in dicto capitul. 7. & Afflict. in dicta constit. statuimus. Secundo, infertur,
4 quòd licèt minori † læso competat restitutio in integrum, attamen ei denegabitur contra alium minorem, vbi ab vtroque de euitando damno contendatur Ioannes Maur. in tract. de restitut.
5 in integr. capit. 218. nu. 4. fol. 271. Tertio infertur, quod etsi † spoliatus sit antè omnia restituendus cap. 2. cap. in litteris extrà de restit. spoliat. l. si quis ad se fundum C. ad l. Iul. de vi public. Soc-
6 cin. reg. 379. nihilominus † non obtinebit quando agit contra æqualiter priuilegiatum, seu spoliatum Dec. consil. 200. nume. 4. volum. 1. Paul. de Castr. consil. 399. num. 4. versic. tertio similiter volum. 1. vbi dicit communem opinionem Abb. in capit. fin. num. 2. extrà de ordin. cogn. Bartol. in l. si quis ad se fundum nu. 2. vers. primo casu C. ad l. Iul. de vi public. Quod procedit de iure
7 communi, secus autem ex forma Ritus, vt in capit. 40. in causa autem spolij, vbi Cum. num. 75. & sequ. Secundo mouentur quia,
8 si † subiugatario, vel ab eo causam habenti datur actio priuilegiata, multo magis, & exceptio erit concedenda l. 1. §. is autem ff. de superficie l. inuitus §. cui damus ff. de regul. iur. l. nec non §. exemplo, vbi glo. magna propè finem ff. ex quibus caus. maio. l. dolo ff. de doli mali, & met. except. l. creditori, vbi gloss. in verb. per ignorantiam in fine C. de pact. capit. qui ad agendum de reg. iur. lib. 6. gloss. in prin. l. quinque legibus ff. de bon. damn. Alba. de imm. ecclesiar. sub nu. 30. & consil. 19. nu. 7. in fine Auall. in tract. de lucro dot. quæst. 59. num. 3. fol. 72. Iason. in l. si hæredis seruus sub num. 2. ff. de legat. 1. Alex. de pact. num. 381. fol. 178. Tertio
9 quia † nemo locupletari debet cum iactura aliena. l. iure naturæ ff. de reg iur. cap. locupletari eo. tit. lib. 6. l. nam hoc natura ff. de cond. ind. l. hæc conditio ff. eod. l. fina. ff. de vsucap. pro empt. l. rerum quidem amotarum in fine ff. de actio rer. amot. l. 3. §. si seruus vbi glo. in verbo. non. debere ff. de trib. actio. l. sed si ex dolo in princip. ff. de dolo l. si quis præsbiter §. exceptis C. de epis. & cler. l. planè ff. de petit. hæred. l. si pupilli tui in princ. ff. de nego. gest. l. summa §. si dolo ff. de peculio l. Iulianus §. sed & cum in facto ff. de actio. empti l. illicitas §. 1. ff. de off. præsid. Contrariam nihilominus sententiam in themate proposito iudicamus verio-

rem

Digitized by Google

10 rem quia †contra exequutionem censualium secundum formam Bullæ, & Regiæ Pragmaticæ nulla admittitur exceptio, præter quam realis solutionis factæ illi, qui exequutionem exercuit,
b vel eius authori & non alij *b* etiam æqualiter priuilegiato; arg. eorum, quæ not. glo. in c. bona fides in princ ibi & habet locum de reg.iur.libr.*6*.vbi Dyn.& Io.And.in add. & glos. in fine l. bonafides ff.eod.vbi Cagno.num.5. & *6*. & tex.Pragm. ibi *præter quam realis solutionis* Hocque in terminis videtur sentire Petr.de Greg.hic q.*6*.vers.tertium priuilegiũ est ante finẽ. Quamuis postea cogitandum relinquat, subdens diuersimodè diuersas sedes in M.R.C. iudicasse. Non obstat primum, & secundum Arg quia procederet, quando ageretur contra pariter priuilegiatum, & tunc non ita indistinctè, at nostra quæstio procedit quando exequutio fuit causata contra Colonos, seu Inquilinos detentores rerum, super quibus census fuerit specialiter impositus. Ad tertium argum.resp.quòd Pragmat.Regis Alphon.ita determinat, vndè seruanda quamuis dura l.prospexit ff. qui & à quibus. man. lib. nõ fiant. Vel dicas, quod damnum conductoris erit separabile per regressum contra locatorem argum. l.qui actionem habet ff. de reg. iur. l.rem in bonis ff. de acquirend. rer. dom.l. bonorum appellatio in fine, & l.id quod ff.de verbor.significat. & eorum, quæ not.Bart.in l.1.§.& parui num. 9. ff. quod vi aut clam. Abb. in cap.ex parte *lo* 2. nu.*6*.circa finem vers.& hoc casu non est aliquod remedium, extra de offic.deleg.

ANNOTATIONES.

a *Adde Corradin. Put. in ver. realis solutionis nu.20. cuius verba parum differunt à verbis Aloys. de Sept.quem hic refert Intrigl.ita, vt sit verisimile alterum ab altero mutuasse.*

b *Adde hoc adeo verum, vt neque etiam sufficiat in prima instantia solutionem fuisse factam creditori creditoris agentis ad censum, vt scribit Milanens. decis. 14. nu. 9. lib. 2.*

Marcell.Conuersanus.I.C.

QVAE-


Digitized by Google

QVAESTIO LXIII.

Communia bona si fuerint subiugata per aliquem ex socijs, vtrum facta diuisione, quælibet pars ipsorum pro indiuiso remaneat obligata.

SVMMARIVM.

1 *Communia bona si fuerint subiugata per aliquem ex socijs, vtrum facta diuisione quælibet pars ipsorum pro indiuiso remaneat obligata, & nu. 8.*
2 *Pater subiugans bona non præiudicat vxori, & filijs consocijs.*
3 *Dominium bonorum ipso iure pro tertia parte transit. in filios, secundum consuetudinem Catinensem.*
4 *Frater obligans bona quæ cum alijs fratribus habebat communia pro indiuiso non præiudicat alijs fratribus.*
5 *Pronomen* suis *denotat dominium de præsenti.*
6 *Genitiuus secundum strictam eius significationem denotat dominiū.*
7 *Commune non potest dici propriè, nec meum, nec suum.*



SI pater subiugauerit omnia bona sua secundum formam Bullæ non consentientibus vxore, & filijs diuisis postmodum bonis inter eos iuxta consuetudinem c c c incip. viri & vxoris bona rit. de cons. bon.
1 &c. vtrum exequutio censualium † fieri possit non solum contra tertiam peruenientem pœnes patrem, verum etiam contra tertias vxori, & filijs obtingentes an verò contra portio-
2 nem dumtaxat tangentem patri subiuganti. Et videtur, quòd valeat subiugatio, & exequutio quoad tertiam solummodo patri
2 subiugāti tangentē. quia pater † subiugans omnia bona ad annuū censuum non videtur preiudicasse vxori, & filijs consocijs habē-
3 tibus † dominium bonorum vnusquisque pro tertia parte ipso iure à natiuitate filiorum secundum Imo. in cons. incip. cor mundum crea in me Deus, &c. quod habemus ad pennam. Auum meum in lect. dictæ consuetud. & magis cōmuniter scrib. Per tex. ad litterā in l. 1. vbi Bal. C. si comm. res pig. data sit, vbi dicitur
4 quod † frater obligans bona, quę cum alijs fratribus habebat cō- munia

munia pro indiuiso, non præiudicat alijs fratribus. Quamuis alij scrib. inanem, & prorsus inefficacem hanc subiugationem dixissent. Per tex. nostræ Bullæ ibi *super rebus, & proprietatib. suis &c.*
5 & ibi *personas eorumq. proprietates:* Ponderando pronomen *suis*, † quod denotat dominium de præsenti l. si ita, vbi Bart. ff. de aur.
6 & arg. lega. & † genitiuum *eorum*, qui secundum strictam, & propriam significationem eius, similiter denotat dominium. Doct. in
7 rub. ff. de noui. ope. nunt. et † quod commune est meum, vel suum dici propriè non potest l. pupillus §. fin. vbi Alciat. nu. 58. ff. de verb. signific. l. illud resp. 1. ff. de ritu nupt. Soc. iun. cons. 1. nu. 39. vol. 2. Nos verò tenemus in themate proposito, quòd facta diuisione bonorum inter virum, & vxorem, & filios remaneat subiu-
8 gatario † saluum ius agendi contra bona, quę omnibus socijs obuenerunt, & consequenter dicimus in subiugatione prædicta, nō solum esse tertiam, quæ patri tetigit, sed etiam esse tertiam cuiuslibet tertiæ pro indiuiso alijs consocijs obuentæ, est text. rotundus, & apertus in l. si consensit §. fin. ff. quib. mod. pign. vel hypo. solua. Neguſ. de pign. part. 2. membr. 3. nu. 37. fol. 17. Salic. in l. 1. C. si com. res pign. dat. sit l. is qui fundum, vbi Bart. ff. de vsufruct. Paul. de Castro in l. Iulianus §. idem Celsus sub num. 3. ff. de action. empt. Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres sub nu. 22. vers. tamen iura realia ff. de verb. oblig. Soc. sen. cons. 75. sub nu. 1. vers. vnde licet postea vol. 1. Ad contraria vnusquisque crassæ mineruæ respondere potest.

ANNOTATIONES.

a *Vide Nepit. in consuet. Catinen. tit. 4. de concess. marito & pat. alien. mobil. num. 57. Ant. de Ball. ad pragm. Regis Alphon. de censib. quæst. 11. D. Garſ. Mastrill. in Add. ad Petr. de Gregor. de censib. quæst. 5. nu. 111. Et an census imponi possit super re communi, vide late Felician. de censib. lib. 2. c. 3. nu. 21.*

Marcell. Conuersanus. I.C.

QVAE.

Digitized by Google

QVAESTIO LXIIII.

Vtrum contractus subiugatorius celebratus ante Pragmaticam censualem habeat eius priuilegia?

SVMMARIVM.

1 *Contractus subiugatorius celebratus ante Pragmaticam vtrum habeat executionem, & alia eius priuilegia, & nu. 5.*

2 *Constitutio priuans voce, mancipatos in diuinis offitijs non habentes ordinem saltim subdiaconatus, ligat præteritos mancipatos quo ad futuros tractatus, & actus capitulorum.*

3 *Statutum dans executionem instrumentis reiectis omnibus exceptionibus præter exceptionem solutionis quietationis, & falsitatis porrigit effectum suum in instrumentis celebratis antè statutum, in his quæ respiciunt causæ ordinationem secus in his quæ respiciunt causæ decisionem.*

4 *Leges ideo non trahuntur ad præterita, quia ille cuius interest non erat conscius legum futurarum.*

6 *Statutum requirens certam sollemnitatem in testamentis conficiendis non ligat testamenta, antea condita etiam quod testator post statutum mortuus fuerit.*

7 *Verba legis vbi non conueniunt, nec eius dispositio.*

8 *Princeps nunquam tertio videtur pariudicium generare concedendo vel statuendo.*

9 *Leges & constitutiones respiciunt futura negocia nisi expressè trahantur ad præterita, vel pendentia.*

1 VTrum † contractus subiugatorius celebratus ante Pragmaticam de censibus habeat exequutionem, & alia eius
2 priuilegia. Et videtur quod sic. Primo per gl. in verbo in posterũ in fi. clem. 2. de æta. & qual & ord. præ. vbi dicit, quod
2 etsi † constitutio illa priuans voce mancipatos, & mancipandos in diuinis offitijs, in ecclesijs cathedralib. collegiatis secularib. & regularib. non habentes saltim ordinem subdiaconatus non liget iam mãcipatos in ecclesijs & offitijs prædictis quo ad vocem in præteritum datam ligat nihilominus præteritos mancipatos quoad futuros tractatus, & actus capitulorum ex quo videtur dicendum, quod quamuis nostra Pragmatica non trahatur ad præ-

terita respicere nihilominus debeat futuras exequutiones contractuum antea factorum quam glos. sequitur Geminian. in cap. licet canon. col. 4 vers. tu conclude in fine de electio lib. 6. Secundo ex doctrina Bart. in l. omnes populi nu. 45. ff. de iustit. & iure,
3 vbi dicit, quòd si † statutum dat exequutionem instrumentis, omni exceptione remota præter solutionis, quietationis, & falsitatis exceptionem, quod effectum suum porriget in instrumentis celebratis ante statutum, in his quæ ordinationem causæ respiciunt, puta, vt debitor virtute dicti instrumenti exequutiuè capiatur non autem in his quæ respiciunt causæ decisionē, facit gloss. fin. clem. fina. de iudic. vbi Imol. sub nu. 25. propè finem. Ter-
4 tio ex doctrina Saly. in l leges col 3. C. de ll. vbi docet quod † leges ideo non trahuntur ad præterita, quia ille cuius interest eo tempore non erat conscius legum futurarum, at in nostro themate tempore exequutionis fiendæ detemptor rerum subiugatarum, vel ipse principalis est conscius istius Pragmaticæ. ergo, &c.
5 Contrariam opinionem iudicamus veriorem, † quam in terminis tenet hic Aloys. de Sept. in fine cómenti. Primo per tex. in l. iubemus vers. q̄ in posterū vbi Paul. de Cast. nu. 6. C. de testam.
6 vbi dicit, quod si † statutum, vel lex requirit certam sollemnitatem in testamentis conficiendis sub pœna nullitatis, non ligat testamenta confecta ante legem, vel statutum, etiam si testator mortuus fuerit post legem conditam, vel statutum prædictum fa-
7 cit glo. celebris in l. leges la 2. C. de ll. Secundo, quia † vbi non conueniunt verba legis, nec eius dispositio l. 4. §. toties ff. de dam. infecto, cap. indemnitatibus §. sed cum eas de elect. lib. 6 l. ita autem in prin. vbi Bartol. ff. de administrat. tut. l. hos accusare §. omnibus ff de accusat. l. 1. §. loquitur ff. de magistr. conuent. l. Fulcinius §. 1. ff. ex quibus caus. in possessio. eatur l. vltim. C. de præd. cur lib 10. gloss. magna in fine clem. quoniam de sent. excomm. gl. in ver qui simul. cap. quoniam extrà de vita, & honest cler. Tiraq. de retr. lign. § 1. glo. 9. nu 38. in fine, & gl. 14. num. 32 & §. 2 glo. 1 num. 15. circa medium & in l. si vnquam in verbo libertis nu. 2 cum concord. C. de reuocand. donat. At contractus non fuit initus secundum Pragmaticā, ergo eius dispositio, & priuilegia non conueniunt. Tertio quia in contractibus initis ante Pragmaticam non tolluntur exceptiones iuridicæ, & rationabiles, quæ omnes reijcerentur per Prag. nostram, si hos contractus ea ligari dice-

Digitized by Google

diceremus, in præiu litium tertij, cui ius erit quæsitum, quod
8 in omnibus † dispositionibus illæsum princeps seruare conatur l.2.§.meritò, & §.si quis à principe ff.ne quid in loco publ. l. nec auus C.de emancip.liberor.l. quotiens in fine C. de precib. Imp. offeren. l. si quis sepulcrum habeat in princ. ff. de religio. & sumpt.fun.l.impuberi ff.de administrat.tut.l sicuti § penultimo, & fin. ff. si serui vend.l.sed cum ab hærede ff. ad Trebell l. sciendum est ff ex quib.caus.maior.capit.nunc.9. quæst. 3. capit. cum olim in fine de consuetud.cap.quanto distin.63 cap. Regni Regis Mart.29.tit.quod rescr. intell. &c. fol. 52. capit. Regis Alphon. 393.tit.quod pruil.refor.prouis.& mand.&c. fol.127.& cap.436. tit.de modo intell.rescr.&c.fol.135.secundum antiquam impressionem, cap. imperat. Charo.7.titul.quod priuileg.prouis.& lit-
9 teræ &c fol. 231. Quarto quia † leges & Constitutiones respiciunt futura negotia, nisi expressè ad præterita vel pendentia trahantur l.de leges *la* 2.C.de ll.l.1.in fine C.de cad.tolle Auall. cons.52.nu.31.vol.2.Alexand.cons.190. col.2.vers sed præmissis nõ obstantibus vol.2.cap.cognoscẽtes,& cap.fin.extra de constit. Bartol.in l.omnes populi sub num.64.ff.de iust.& iur.& in l cum lex sub num. 1.ff.de ll.& in l.si ita legatum num. 2 ff. de auro. & argen.leg.& in l illicitas in princip.ff. de offic.præsid.gloss in fin. l.1.ff.de cond.ex lege,dum exponit verbum *sit* Idest erit. Et ad secundum argumen.quod videtur stringere in contrarium respondeas (cum alijs facilis sit responsio) quod decisio Bartol. in terminis facit pro nostra sententia,cum Pragmatica Regis Alphonsi tollat exceptiones omnes præter realem solutionem, vnde respicit decisionem causæ, & consequenter non erit trahenda ad præterita, vt per eum. Et hæc sufficiant licet ista quæstio numquam, aut rarò occurrat in foro.

ANNOTATIONES.

2 *Vide Franc. Pancald. ad pragmat. de censib. nu.23.& 24 & ibid. Ferdinand. Bongiorn. num. 4. Bellug. in specul. princip. rubr. 41. num. 15.*

Marcell. Conuersanus. I.C.

Digitized by Google

QVÆSTIO LXV.

Vtrum aduersus contractus Bullares sit locus præuentioni in exceptionibus reo competentibus.

SVMMARIVM.

1 *Præuentioni locus vtrum sit aduersus contractus Bullares in exceptionibus reo competentibus.*

2 *Reus in exceptionibus sibi competentibus aduersus contractus bullares si executionem censualium præuenerit auditur, petens offitio iudicis sibi declarari, exceptionem competere, & vt imposterum non molestetur.*

3 *Reus implorans offitium iudicis super exceptionibus sibi competentibus contra contractus bullares, illum iudicē adire debet ad quem trahendus fuisset per actorem si conuenisset.*

4 *L. si contendat ff. de fideiussor. non differt à terminis l. diffamari C. de ingen. manum. quo ad forum competentem diffamati, & rei proponentis exceptiones suas.*

5 *Executio censualium non differtur beneficio cessionis bonorū, quamuis si reus præueniat executionem, admittatur.*

6 *Exceptio simulationis admittitur contra contractum Bullarem, si reus præueniat executionem.*

7 *Exceptio prælationis, etsi non admittatur contra executionem censualium si tamen reus præuenerit auditur.*

8 *Proprietarius auocans rem emphyteuticā si contra eū causetur executio censualium, non auditur excipiens de resolutione iuris emphyteutici: verum quod si præuenerit executionem admittitur, & vlterius non molestatur.*

9 *Exceptio solutionis si reus præuenerit executionem censualium poterit probari testibus, nisi creditor citatus illico executionem proposuerit.*

1 VTrum † in exceptionib. reo competentibus aduersus contractus bullares, sit locus præuentioni, & concludimus quod sic Quia Pragmatica de negat exceptiones post causatam exequutionem, vt ea non differatur, impediatur, vel retar-

retardetur, vt in tex. Pragmaticæ ibi *quæ quidem executio, &c.* non autem prohibet quo minus ante exequutionem præueniat
1 reus † & officio iudicis implorato petat sibi declarari exceptionem competere, & vt in posterum non molestetur, & actori per-
a petuum silentium imponatur *a* Ang Instit.de except. in rubr. nu. 30.in fine versic.& est aduertendum glo.est celebris, & tex. in l. si contendat vbi etiam Paul. de Castr.numero 1.ff. de fideiuss. Cagnol.in l.diffamari num.5 qui dicit esse communem opinionem C.de ingen.manum. Felin.in cap. præterea colum.fina. extrà de probat.est tex. in l.Aurelius §. centum,vbi gloss final. & Bart.ff. de liber.lega Abb.in cap.si quis contra sub nu.2.vers.hanc regulã extrà de foro cõp.Soc.cons.94. col.3.vol.3.Bal. in.l contra C. ne fil. pro patre, & in rub. C.de cond.ex lege sub nu 2.vers.interdũ permittitur exceptio l.3.vbi Bal.nu.3.C.qui bon.ced. poss. Bart. in l.ciuitas num.10.vers.potest etiam ff.si cert.peta.Roma. cons.
3 412 num.1.qui in numero sequenti, subdit quod † reus tali casu illum iudicem adire debet, ad quem trahendus fuisset per acto-
b rem si eum conuenisset, *b* idem voluit Abb.in d. cap. si quis concontra sub nu.2.vbi dicit, quòd debet attendi origo causæ naturalis, non autem quod accidentaliter contingit, cum causa naturalis vincat accidentalem l. qui habet in princ. ff. de tutel. idem firmat Cagn.in d l.diffamari nu.9.qui refert communem opinio-
4 nem Alex.cons.103.per totũ vol.5.† Et licèt Cagnol.& Alex. loquãtur in terminis dictę l.diffamari,attamen idem erit in terminis dictæ l. si contendat cum sua gloss. quia lex si contendat, non differt in hoc à terminis dictæ l.diffamari secundum Cagno. vbi supra nu 5.& Socc.in d.cons.94 col.2.& 3.lib.3. Quidquid dicant Afflict.decis. 268. Dec.cons.487. num.10. & cons.686. num. 23.
5 Ex quibus infertur. Primo,quòd quamuis † exequutio causata pro annualitatibus bullaribus non poterit differri refugio miserabili, cessionis bonorum, attamen si reus præueniat exequutionem, & bonis cedat, non debet amplius molestari pro censualibus
c bus præteritis, vel futuris. *c* Secundo infertur ex prædictis, quòd
6 etsi † contra exequutionem censualium Bullarium non possit opponi exceptio simulationis contractus, nihilominus si reus, præueniat implorando officium iudicis per modum, vt supra, iure
d optimo auditur *d* Tertio infertur,quòd quamuis † antiquior cre-
7 ditor,qui bona censita sibi adiudicauerit non possit opponere exceptio-

ceptionem prælationis contra exequutionem censualium, si præ-
8 ueniat similiter auditur. Quarto infertur, quòd † proprietarius auocans rem emphyteuticam ab emphyteuta, eam subiugante, quamuis si contra eum causetur exequutio censualium non poterit opponere exceptionem resolutionis, seu annihilationis iuris emphyteutæ, tamen, si præuenerit exequutionem auditur, vt in
9 posterum non molestetur. Quinto infertur, quòd quamuis † contra exequutionem censualium non posset opponi aliqua exceptio, nisi realis solutionis publicis verificandæ documentis, attamen, si reus præuæniat exequutionem auditur super dicta exceptione, etiam testibus verificanda, nisi per creditorem citatum proponatur illicò exequutio [c] secundum ea, quæ latissimè
c dixímus in suis locis hoc eod. lib. & in quæst. 87. lib. 2. & in nostro cons. 93. nu. 54. vol. 1.

ANNOTATIONES.

a *Adde ad id, quòd reus, cui vigore statuti negatur exceptio possit nihilominus præuenire, ac declarari facere sibi competere aliquam exceptionem; late Graff. de except. in prælud. nu. 246. & in terminis nostræ Pragmaticæ de censib. eundem Intrigl. infrà quæst. 89. in fi. ubi de more suo testatur de communi opinione scribentium ad eand. pragmat. Milanens. decis. 7. nu. 1. lib. 2. qui refert Intrigliol. hic. Quod tamen, stante pacto de non opponendo, quod secundum extensionem quæ fit in regno, continet clausulam de non præueniendo, non posset locum habere, nisi quoad principalem debitorē, eiusq. hæredem; secus quoad tertium, qui non ligatur huiusmodi clausula de non præueniendo, vt scripsi in Annot. ad quæst. 15. litt. F. in fine.*

b *Adde Boer. decis. 114. nu. 6. Capic. decis. 18. Couarr. variar. resolut. lib. 1. c. 18. nu. 4. & 5. Mynsing. sing. obseruat. cent. 6. obseruat. 90. Gabr. comm. conclus. lib. 2. tit. de action. concl. 6. nu. 41. & 42. Contard. in repet. l. diffamari quæst. 1. C. de ingen. manumiss. Graff. de except. in prælud. nu. 248. quorum pleriq. testantur de magis communi.*

c *Adde eundem Intrigliol. supra quæst. 54. nu. 6.*

d *Intrigl. hic refert, & sequitur Graff. de except. except. 12. nu. 12.*

e Vi-

Digitized by Google

c *Vide Milanens. decis. 7. num. 36. lib. 2. D. Gars. Mastrill. decis. 14. nu. 18. & seqq. lib. 1.*

Marcell. Conuersanus I. C.

QVAESTIO LXVI.

Vtrum emens rem censui subiectam cum onere soluendi censum impositum, si eandem alij vendiderit remaneat obligatus?

SVMARIVM.

1 *Emens rem censui subiectam cum onere soluendi censum si eandem alij vendiderit, vtrum remaneat obligatus, & nu 5.*
2 *Obligatio principalis ad solutionem annui census videtur esse personalis, & realis secundario, & nu. 9.*
3 *Actio personalis nō extinguitur si perimitur res super qua fuerit census impositus. Sed contra ex forma Bullæ Papæ Pij V. nu. 4.*
6 *Obligationis causa cessante cessat obligatio.*
7 *Commodum qui sentit debet sentire incommodum, & è conuerso.*
8 *Locupletari cum iactura aliena nemo debet.*

SI quis emerit rem censui Bullari subiectam, & in compotum pretij venditionis se obligauerit soluere censum annuum super ea impositum creditori presenti, vel
1 absenti, notario publico pro eo stipulante, † vtrum, si ipse emptor alij eandē rem vendiderit, remaneat obligatus pro censu, quem
2 soluere se accollauerat. Et videtur, quod sic quia † obligatio ad solutionem annui reditus præcipua videtur esse personalis, & fundus super quo reditus constituitur videtur accessorie apponi pro certiori, & saniori solutione, gloss. in verb. summota in fine l. 2. C. de luit pignor. l. fundus quem, vbi Bart. ff. de ann. lega. vnde
3 † fundo Casmate per empto remanet nihilominus personalis ob-
a ligatio ad annui reditus solutionem a de iure cōmuni l. creditor qui non idoneum vbi Alex. nu. 1. ff. si cert. petatur l. quæsitum §. fin. ff. de distr. pign. l. fin. §. penult. C. de iure dom. impetrā. Secus
4 † secundum Bullam Papæ Pij Quinti de censibus, datam Romæ anno 1568. 14. Cal. Februarij, & exequutam in regno anno 1569.

Die

Digitized by Google

Die 28 April's xij. Ind. vt in tex. ibi *postremo census omnes in futurum creandos &c* quæ vult re in totum, vel pro parte perempta aut infructuosa in totum, vel in partem effecta, censum ad ratam perire. Contrariã opinionẽ in themate proposito iudicamus ve-
5 riorẽ, vt emptor præfatus nõ remaneat obligatus. Sed tandiù in-
b telligatur adstrictus ad annuũ censum quãdiù rẽ possid. at [b] l. id. Couarr. lib. 3. var. resolu. cap. 7. nu. 6. fol. 817. Roman. cons. 417. in princ. Auus meus, & magis cõmuniter scribentes. hic facit l. forma §. illã ff. de censib. l. 2. C. de alluuio pal. d. Confirmatur hęc no
6 stra sentẽtia. Primo quia † causa obligationis fuit possessio rei emptę, ergo ea cessãte debet cessare obligatio c. cum cessante de appell. l. adhigere § quamuis ff. de iure patr. cap. etsi Christus. vers. quemadmodum extrà de iureiur. l. generaliter C. de episc. & cler. Arist. lib. 2 phys. l. cura §. deficiendum ff. de muner. & honor. l. Titia Seio §. vsuras ff de leg. 2. Auall. cons. 52. nu 39. vol. 2. Alban de Immun. eccles. nu 60. in fine Ruin. cons. 122. nu. 7 vol. 2. Tiraq. in l. si vnquam in verbo susceperit liberos nu. 166. C. de reuocan. do-
7 nation. Secundo quia iste † emptor non sentit amplius commodum ex re empta ergo non debet sentire in ominodum soluendo annuum censuum l. secundum naturam ff de reg. iur. cap. qui sentit onus eo. tit. lib. 6. l. fin. §. alia dubitatio, vbi gloss. in verbo collocetur C. de fur & ser. corr. l. vnica §. pro secundo C. de caduc. toll. Tiraqu. de retr. lign. § 6. glo. 1. nu. 8. & §. 12 glo. 1. num. 10 in fine l. si igitur in fine ff. pro socio l. 1. in princip. ff. de instit. §. cum autem instit. de empt & vend. l. is qui in potestate §. fin. ff de lega. præstan. l. si is qui §. 1. vbi glossa in verbo eius sit in fine, ff com-
8 mod. Tertio quia † creditor bullaris non debet locupletari cum iactura istius emptoris l. iure naturæ ff de reg. iur. cap locupletari eo. tit lib 6. l. nam hac natura ff. de cond. indeb. l. fin. C. de vsuc. pro empt. l. 3. § si seruus vbi gloss. in verbo non debere ff. de trib. actio l. sed si ex dolo in prin. ff. de dolo l. rerum quidem amotarum in fine ff. de actio rer. amot. l. planè ff. de petit. hæred. l. si pupilli tui in prin ff de negot. gest. l. hæc cõditio ff. de cond. indeb.
9 † Non obstant contrarium quia procederet, quando quis principaliter obligaretur secundum formam Bullæ, tunc enim remaneret personalis obligatio, etiam rebus omnibus peremptis super quibus fuisset census impositus secundum ius commune, sed in nostro themate obligatio non fuit principalis, & natiua, sed

acci-

Digitized by Google

accidentalis,& datiua seu(vt aliqui volunt)relatiua ad primam obligationem.

ANNOTATIONES.

a *Eandem opinionem, quòd de iure census non pereat peremptis bonis, super quibus est constitutus, substinent Couarruu. var resol. lib. 3. c 7. nu. 5. vers. primũ etenim, Sot. de iust. & iure lib. 6. q. 5 art. 1. in 4. concl. Rodoan. de reb. eccl. non alienan. rub. 16. de const t annui redit n. 54. Gail. pract obseru. lib. 2. obseru. 7. n. 13. Mian. decis. 2. n. 13. lib. 2 Felician. de censib. lib. 1. c. 8. nu. 19. Salon. de iust. & iure tom. 2. disp de censib. art. 3. controuer. 18. Roder. de ann. redit lib. 2. quæst 7. nu. 4. et 13. & quæst. 9. nu. 75. Addẽt ad Petr. de Greg de censib q. 5. nu. 58. Et hanc esse magis communem atque seruari in iudicando, & consulendo post Blasium Flores Diaz in add. ad Ant. à Gamma decis. 42. testatur Felician. in nouiss add. ad d. c. 8. nu. 17. subdens se ita obtinuisse in pluribus caussis. Cui opinioni in Regno non obstat Bulla Pij V cuius meminit Intrigliol. hic nu. 4. si quidem huic constitutioni quoad Regnũ Siciliæ est derogatũ per Bullã Greg. XIII. vt sæpenumero dictum est, præsertim vero in Annot. ad q. 43. litt. B.*

Contrariam tamen opinionem, quòd immo, etiam inspecto iure communi, census pereat peremptis bonis defendunt Foller. de censib. in ver. huiusmodi censualia nu. 120. vers. est etiam aduertendũ Nauarr. de vsur. nu. 74. Valasc. de iure emphyt. quæst. 32 nu. 16. Boccac. de censib. p. 1. nu 19. & p. 3. nu. 25. Gutierrez pract qq. lib. 2. quæst. 177. num. 7. Parlador. qui de communi testatur rer. quotid. lib. 1. c 3. nu. 53. Molina de contract. disp. 383. nu 7. & 8. Feder. Martin. de iure cens. c. 4 nu. 55. & c. 8. nu. 213. Ceuall comm. contra comm. quæst. 312. num. 6. Greg. de Valent. comm. Theol. tom. 3. disp. 5. q. 22. pun. 2. vers. sexto sequitur.

Mihi non videtur recedendũ à priori opinione, quam aperte probari existimo ex d. constit. Pij V. quæ dũ disponit censum, peremptis bonis, perire, id restringit ad census in futurũ creandos. ex quo satis videtur innuere, censum ex eius natura, atque iure cõmuni inspecto, non perire peremptis bonis. Nec obstat, quòd secundum hoc nulla ex conditionibus requisitis per eam Constitutionem esset iure communi necessaria, cum in fine eiusdem Constitutionis habeatur non extendi il-

lam ad contractus iam factos. Nam, etsi quoad forum exterius noluerit S. Pont. comprehendere contractus præteritos, tamen in foro interiori hortatur omnes habentes census creatos sub alia forma, vt illos censuræ bonorum religiosorum subijciant, & animarum saluti consulant, quod certum est dici quoad ceteras conditiones; non respectu huius, quod perempta re pereat census, de qua expresse dispositum fuerat, quòd non requirebatur nisi quoad contractus futuros.

Verum retenta posteriori opinione dubium est, an valeat pactum, quòd etiam bonis peremptis debitor teneatur censum persoluere. Et ita demum valere, si iusto precio compensetur affirmat Molina de contract. disp. 391. nu. 4. quem sequitur Felician. in nouiss. addit. ad d.c.8.nu.18. Greg. de Valēt. d. quæst. 22. pun. 6. vers. quarto sequitur. Contrarium, quod absolute valeat, etiam nulla facta compensatione scribit Feder. Martin. de iure cens. c.6. num. 297. & c.8. nu. 237. quod mihi videtur verius. Nam qui tenent, peremptis bonis censum perire, fatentur id verum quando census est mere realis super certis bonis constitutus; secus si sit realis mixtus, habens videlicet admistam obligationem personalem: hoc enim casu putant censum non perire, quamuis pereant res, super quibus est cōstitutus: ita Molina d. disp. 383. nu. 6. Feder. Martin. d. c. 4. nu. 53. & c. 8. nu. 209. & nu. 238. Quare, si absolute valet census, qui præter realem obligationem habet etiam personalem, atque in eo casu non perit, peremptis bonis, valere etiam debet pactum, quòd, etiam peremptis bonis, venditor teneatur ad integrum censum, cuius pacti vigore nihil aliud efficitur nisi, quòd census, qui alias esset mere realis fieri videtur mixtus, ac si haberet realem, ac personalem obligationem. Addit Feder. Mart. d. c. 6. nu 300. aliam rationem, quòd cum ex generali consuetudine, quæ maxime viget in hoc Regno, estq. altera natura, in his Censibus realibus admisceri soleat obligatio personalis videtur quasi effectum de natura huius contractus, quòd rebus peremptis persona vendens maneat obligata, ideoq. non est. cur id oneris precio singulari compensandum sit. Atque hæc vera sunt semota Constitutione Pij V. nam in locis, in quibus viget illius dispositio est omnino certum huiusmodi pactum non valere, etiam si iusto precio compensetur, vt sentit Molina d. disp. 391. nu. 4.

An autem, pereuntibus bonis subiugatis, census maneat in bonis, quæ forte in destructorū locum fuerint subrogata; vide Nauarr. de vsur. nu. 118. Molin. de contract. disput. 394. num. 3. Milanens. decis. 1. nu. 102.

nu.102.lib.2. Bocc. de censib.p.2.nu.42. & 43. Feder. Martin. d. c.8.nu.218. Anton.de Ball.ad pragm. Regis Alphon. de censib.quæst. 16. Addent. ad Petr. de Greg. de censib.q.5.nu.134.

b *Idem scribunt Rodoan.de reb.Eccles.non alienād.rubr.16.nu.68. Felician. de censib.lib 3.c.6.nu.7. Addent. ad Greg.de censib.quæst.5. nu.233. & hanc opinionem æquiorem fatetur Gutierrez pract. qq. lib.2.quæst.177.nu.5.etsi ipse in puncto iuris putet contrariam veriorem, quam ante eum probauit Salazar de vsu & consuet.cap.11. nu.66. Immo sunt qui scribant, etiam principalem debitorem liberari,si desinat possidere rem, super qua est impositus census. ita Nauarr. de vsur. nu.116.vers. vigesimasecunda quæstio,Valasc. de iure emphyt. quæst.32.nu.14. qua tamen in re contrarium affirmant Couarr. var.resol. lib.3.c.7.nu 6.vers.hinc etiam,Rodoan.d.nu.68. Gutierrez d.quæst.177. nu.4. Intrigl. hic nu.9. Felician. lib.3. c.4. nu.8. Roder.de ann. redit.lib.1. quæst.9. ante nu.52. Et id quidem, quòd tertius possessor, qui se obligauit ad censum non possit amplius conueniri si rem vendiderit, aut alio modo in alium transtulerit est plane intelligendum, nisi verba obligationis aliud significent. potest enim tertius possessor, si velit seipsum obligare ad census soluendos, etiam re vendita, vel destructa, vt post Couarr. scribit Felician.d. cap.6. num.7. in fine.*

Rursus est intelligendum, ne locum habeat quoad census præteritos maturatos tempore, quo iam possidebat.nam vigore huius obligationis poterit ad illos conueniri, etiā si de præsenti non possideat rem subiugatam,vt declarat Anton. de Ball.in annot. ad prag. de censib. quæst.1. num.11.

Marcell. Conuersanus I. C.

QVAESTIO LXVII.

Vtrum redimens rem censui subiectam à posse creditoris, qui eam sibi adiudicauerit per primum,& secundum decretum poterit pro annualitatibus sequentibus molestari.

SVMMARIVM.

1 *Redimens rem subiectam censui à posse creditoris qui eam sibi,adiudicauerit per primum, & secundum decretum non poterit pro an-*

nualitatibus sequentibus molestari.
Limitatur nu. 5. & 6.
2 *Pignus dissoluitur si adiudicatur res creditori per primum, & secundum decretum.*
3 *Pignus in rem suam nemo habere poterit.*
4 *Detentor rei subiugatæ redimens eam à posse creditoris qui eam sibi adiudicauerat per primum, & secundum decretum in locum eius successisse videtur.*
5 *Generali in obligatione veniunt bona futura, etiam quod de eis nulla fieret mentio.*
7 *Res redempta, seu recuperata debet esse eiusdem naturæ, cuius antea erat.*

1 SI creditor bullaris † exequutionem exercuit pro annualitatibus decursis contra detentorem rei subiugatæ, & seruatis seruandis ex forma Ritus, per primum, & secundum decretum pro annualitatibus præteritis sibi adiudicauerit rem præfatam, & detemptor infra tempus quadrimestre soluens debitum cum expensis eandem redemerit possessionem, vtrum, si iterum agat pro interusurijs sequentibus contra ean-
2 dem rem, vel eius detentores audiatur, Et concludimus, quòd
2 non debet audiri. Primo, quia † creditor sibi adiudicando prædium prædictum per primum, & secundum decretum, sequuta traditione acquisiuit dominium dicti prædij, & consequen-
3 ter fuit resolutum, pignus † cum rem suam nemo in pignus habere possit vt in terminis terminantibus est text. in l. eleganter in princip. ff de pignor. actio. vbi Castren. num. 6. in princip. & in fine l. si rem la 3. ff. eod. tit. l. neque pignus ff. de regu. iur. vbi Dec. & Cagnol. l. ex sextante §. latinus largus in fine, vbi gloss. in
4 prin. in ver. constituto. ff. de excep. rei iud. Secundo quia † detemptor redimēdo rem adiudicatam à posse creditoris in eius locum successisse videtur l. cum secundus in prin. & ff. de distract. pign. l. si prior §. sciendum est ff. qui potior. in pign. habeant. l. 1. & l. prior C. eodem l. secundus creditor C. de pignor. quam sententiam in terminis terminantibus tenet hic Henric. de Medicis, qui dicit accidisse casum inter dominos Aloysium de Archangelo, & Ioannem Ant. de Guarrerio, Iacobus Rubeus, auus meus, & magis communiter scribentes hic. Eamq; intelligas (Lector amantissimè)

Digitized by Google

5 tiſſimè) in meris terminis noſtri thematis propoſiti,† Secus autē ſi debitor principalis rem recuperaſſet, quia tunc ſaltim vti de bonis futuris ipſius debitoris eſſet cenſualibus ſequentibus ſubiecta, quamuis de futuris nulla fuiſſet facta mentio in contractu ſubiugatorio.l.fin.in fine C.quæ res pign. obligar. poſſ. Couarr. pract quæſt. cap.29.num.4. Neguſan. de pignor.2.par.2.memb. nu.3.Pinell.de bon.mater.in rubr.1.part.nu.7.Petr.Nicol.Mozz. de cōtract.tit. de pignor.nu.11.fol.44. Secundo reſtringimus noſtram, & communem ſententiam, niſi quiuis, ceſſionarius puta
6 annualitatuum præteritarum,† rem ſibi adiudicauerit cum onere ſoluendi annuum cenſum creditori bullari,tunc enim detentor præfatam rem redimendo non dicitur liberatus ab annuali-
7 tatibus ſequentibus, † cum res recuperata debeat eſſe eiuſdem naturæ, cuius antea erat Tiraq.de retr.ſang.§.19.glo.vnica nu. 1.& 4.argum. l. ſi vnus §.pactus ne peteret ibi *ſed forma ſua redditur* ff. de pact.

ANNOTATIONES.

a *Contrarium eſt verius,vt ſcribit Anton. de Ball. ad pragm.Regis Alphōn. de cenſib. quæſt. 21. & melius, ac latius Milanenſ. deciſ.9. nu.43. & ſeqq. lib. 2. qui ſingillatim reſpondet ad friuolas rationes, quibus mouetur Intrigl.hic. Neque illud quemquam deterreat, quòd refert idem Intrigl. ſuam opinionem eſſe magis communiter receptam à ſcriben. ad d. pragm. de cenſib. Nam præter Henr. de Medic. qui re vera probat opinionem Intrigl. ſub nu.12. & Iacob.Rub. quem non potui videre, quoniam eius ſcripta non ſatis reperiuntur, ex ceteris ſcribentibus nemo eſt, qui tangat hunc punctum, de quo etiam teſtatur Milanenſ. d. deciſ.9. nu.43. verſ.ego autem. Et ſane cauendum eſt ab Intrigliolo, dum refert aliquid communiter receptū præſertim à noſtratibus, quorum ſcripta ſuo tempore non erant typis excuſa, vt ſcripſi in Annot. ad quæſt.51. litt. B.*

Marcell. Conuerſanus. I.C.

QVAE.

QVAESTIO LXVIII.

Vtrum contra tutorem detinentem rem pupilli censui subiectam procedat executio?

SVMMARIVM.

1 *Tutor, si detinet rem pupilli censui subiectam utrum contra eum procedat exequutio pro annualitatibus? & nu.6.*
2 *Sententia lata contra tutorem non mittitur exequutioni contra eum, sed contra pupillum.*
3 *Tutor non debet habere praeiuditium ex tutela administratione.*
4 *Offitium suum nemini debet esse damnosum.*
5 *Tutor non possidet, nec detinet sibi, sed pupillo.*
7 *Exequutio censualium non debet retardari aliquo exceptionis obiectu in prima instantia praeter realis solutionis.*
8 *Tutor gerendo illud ad quod non est obligatus, videtur illud gerere nomine proprio, & ad suam vtilitatem.*
9 *Tutor, si non exhibuerit repertorium, & distributiuum infra terminum statutum arbitrio Iudicis, poterit conueniri pro censualibus ob dolum, & eius contumaciam.*

1 VTrum contra tutorem detinentem † rem pupilli censui bullari subiectam procedat exequutio pro annualitatibus decursis, si per publica documenta probauerit se
2 tutorem? Et videtur quod non, primo. quia † exequutio instrumenti Bullaris datur ad instar rei iudicatae, vt in text. Prag. ibi *tamquam res iudicatas, &c.* at res iudicata contra tutorem non mittitur exequutioni contra eum, sed contra pupillum l. 2. in princ. ff. de administr. tuto. l. 4. §. tutor. quoque ff. de re iud. l. 1. iuncta glo. 1. C. quando ex facto tutor. ergo &c. Secun-
3 do per tex. in l. cum quaedam in fine C. de admin. tut. † vbi Imperator seruat tutores indemnes à praeiuditio, quod ex tutelae administratione inferri possit, cum gerãt omnia ex necessitate offitij, & facit l. fin. ff. si quis cautio. l. illud §. si impuberis ff. de euictio. ergo, si detinẽt bona pupillorũ nõ debet eis esse aliquod prę-
4 iuditium. Tertio, quia † offitium suum nemini debet esse damnosum

noſum l.ſed ſi quis ff.quemadm.teſtamen.aperia.l.ſi ſeruus communis §.quod verò ff.de furt.l.ſi quando §. ſed cum C. de teſtib. l. 2.§.quæritur ff. de curat.bon. dan.l.videlicet ff.ex quibus cauſ. maio.l.ad inuidiam C.de his quæ vi met.l. abſentia ff. de regul.
5 iur. ergo, & cæt. Quarto quia † tutor non poſſidet, nec detinet ſibi, ſed pupillo Bartol.in l.1.in princ.nu.20. vbi Iaſon. num. 94. ff.de acquir.poſſeſſio.ergo,&c.quam ſententiam tenent hic Henric.de Med. & Ioann. Phil.de Patern. ſecundum quàm referunt ſimul iudicaſſe Contrariam ſententiam nihilominus iudicamus
6 veriorem videlicet † quod ſi fuerit probatum aliquem poſſidere ſeudetinere rem pupilli cenſui ſubiectam procederet contra eum
a exequutio, a nec admittenda eſſet exceptio quia detinet vt tutor,per text.noſtræ Pragmaticæ,ibi,*quæ quidem exequutio,&c.*
7 vbi vult, quòd † exequutio cenſualium non debet differri,retardari, aut impediri quocunque exceptionis obiectu in prima inſtantia, præterquàm realis ſolutionis authenticis documentis verificandæ, omnibus tamen allegationibus exceptionibus, & iuribus in alia iudicij inſtantia vtrique parti reſeruatis. Tanto
8 magis quia † tutor habitando domum pupilli,vel eius agrum ſeminando, & conſequenter faciendo quod non eſt obligatus facere, videtur illud gerere nomine proprio, & ad eius vtilitatem Bart.in l.Titium §.altero ſub nu.2.ff. de adminiſtrat. tut. ſecundum quam opinionem inuenio auum meum bonæ memoriæ iudicaſſe inter dominos Cæſarem Marcheſana, & Ioannem Thomam Currulo. Nec deſeram,quod, ſi proceſſerit exequutio concontra pupillum, vt hæredem ſubiugantis, & tutor infra termi-
9 num ſtatutum arbitrio iudicis non exhibuerit repertorium † & diſtributiuum bonorum hæreditariorum,poterit tutor ipſe conueniri, & eius bona inquetari pro cenſualibus ob dolum,& contumaciam arg.cap.27.Ritus incip.item licèt debitor cum ibi nouper ſcribentes: & ita quotidiè practicamus.

ANNOTATIONES.

a *Idipſum, quòd executio vigore pragmaticæ de cenſibus fieri poſſit etiam aduerſus tutorem detinentem rem pupillarem, poſt Intrigliol. hic ſcribit Marianus Iulianus præſtantiſſimus olim cauſſarum patronus*

tronus in quadam alleg. pro Laurea Cannaud ad fin. Quod verum censeo, quando apparet tutorem detinere iure proprio, atque ad proprium commodum, vt si non ad instruendum pupillum, sed gratia propriæ vtilitatis inhabitet domum pupillarem, quo casu nec Henric. de Medic. qui in contrarium allegatur per Intrigl. negat executionem fieri posse aduersus tutorem. Ceterum, si appareat illum non detinere iure proprio, sed tutorio nomine, res mihi videtur indubitabilis, quòd nullo modo possit aduersus eum fieri executio. Siquidē Pragmatica, dum statuit procedi posse via executiua aduersus tertios detentores, est intelligenda de his, qui detinent ad proprium commodū; non de his qui nudam, atque infructuosam habent detentionem, vt inquit Milanen. decis. 3. nu. 61. lib. 2. quem refert, ac sequitur idem Intrigliol. sing. 19. lib. 2. Vnde non comprehendit eos, qui detinent iure familiaritatis, vt dictum est supra quæst. 50.

Marcell. Conuersanus. I. C.

QVÆSTIO LXIX.

Vtrum retrouenditio census Bullaris posſit fieri à pupillo absque decreto Iudicis?

SVMMARIVM.

1 *Pupillus succedēs subiugatario an possit retrouendere sine decreto Iudicis censum Bullarem.*

2 *Tutor sine decreto potest retrouendere prædium emptum à patre pupilli cum pacto de retrouendendo.*

3 *Vxor possit retrouendere censum Bullarem quem emerat ante matrimonium sine consensu viri stante statuto prohibente vxorem contrahere sine viri voluntate.*

1 VTrum † pupillus, qui successerit subiugatario solo tutore authore posſit facere retrouenditionem census bullaris absque decreto iudicis? Et cōcludimus quod sic

2 per text. in l. 1. C. quando decreto opus non est, vbi † tutor pupilli potest retrouendere prædium, quod pater eius emerat cum pacto de retrouendendo absque decreto Iudicis ad idem est tex. in l. præcipuum C. eod. & in l. 1. §. & in l. magis puto §. si pupillus ff de reb.

reb.eorum Alber.in l.2.C. de pact. inter empt. & vend. in princ.
3 Quapropter ex prædictis etiam concludimus, quod † vxor censum Bullarem quem antè matrimoninm emerat cum pacto retrouendendi, & in matrimonio extrà dotē seruauerat posset retruendere sinè consensu mariti non obstante consuetudine ccc. titul. quod non liceat vxori sinè volunt. viri alicui se obl. cum ea consuetudo intelligatur in noua, & voluntaria obligatione, non
b autem in necessaria descendēte ex antiqua, *b* vt in terminis dictæ consuetudinis decidit Paulus de Castro consil.183.num.2. vol. 1.

ANNOTATIONES.

a *Eandem conclusionem, quòd pupillus cum auctoritate tutoris absque decreto iudicis possit retrouendere censum bullarem, firmant Foller. de censib. in ver instrumēto gratiæ nu.33. Simoncell. de decret. par. 2. tit. 8. nu. 119. Milanens. decis. 18. num. 20. lib. 2. late Roder. de ann. redit. lib. 2. quæst. 15. nu. 80. & seq. quæ verissima est, quidquid in contrarium scripserint. Felician. de cens. lib. 4. c. vnico num. 3. Addent. ad Gregor. de censib. quæst. 5. nu. 295. Nam, etsi census habeantur inter immobilia, quorum alienatio fieri non potest a tutore, vel curatore, nisi interueniat decretum iudicis, atq; alia de quibus plene Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. cas. 171. id tamen non procedit, quando alienatio fit vigore præcedentis contractus celebrati à defuncto cui minor successit, vt expressim probant iura citata per Intrigl. hic præsertim text. in l. 1. C. quādo decr. opus non est, qui loquitur in terminis rei immobilis venditæ a patre minoris cum pacto de retrouendendo, quem ad hoc post Alber. adducit Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloss 6. num. 28. Caualc. decis. 16. nu. 49. par. 2.*

Nec obstat responsio, quam nouiter, licet meo iudicio non satis fæliciter, excogitarunt Addent. ad Gregor. d. quæst. 5. num. 297. tex. in d. l. 1. cum simil. procedere, quando defunctus in testamento ita iussisset, & sic retrouenditio fieret vigore facultatis datæ in testamento, non quando id competit ex contractu. Tum quia noua hæc interpretatio est contra gl. Salic. & alios ibi, qui illum text. intelligunt de contractu inter viuos, quòd suadent illa verba id quod conuenit *quæ non possunt referri nisi ad contractum. Tum etiam, quia non video rationem diuersitatis, quæ possit assignari inter reuenditionem, quæ*

Gg fit vi-

Digitized by Google

fit vigere vltimæ voluntatis, & eam, quæ fieret vigore actus inter viuos.

b *Adde eundē Intriglio l. Sing. 295. lib. 1. vbi scripsi. & in terminis retrouenditionis facta per vxorem statuto prohibitā contrahere sine lincentia mariti Tiraquell. de ll. connub. glos. 8. nu. 204.*

Marcellus Conuersanus I.C.

QVAESTIO LXX.

Vtrum sufficiat notificationem depositi sortis principalis fieri pupillo, ne currant censualia.

SVMMARIVM.

1 *Depositum sortis principaliter si fuerit notificatum pupillo sine auctoritate tutoris, an currant censualia. & nu. 4.*
2 *Nunciatio noui operis vtrum possit fieri furioso, & infanti absque auctoritate tutoris. & nu. 7.*
3 *Citatio prima valet in personam pupilli cum intelligatur, vt compareat per legitimam personam.*
5 *Oblatio ei debet fieri cui debet fieri solutio.*
6 *Solutio non potest fieri pupillo sine auctoritate tutoris.*
8 *Depositum sufficit notificari vni ex tutoribus.*

1 SI venditor † census deposuerit sortem principalem, & censualia pro rata temporis citato pupillo emptore vel emptoris hærede cum habeat tutorem, vtrum ex præfata depositione cursus censualium impediatur Et † videtur quod
2 sic. Primo per tex l. operis ff. de nou. oper. nunt. vbi nuntiatio noui operis potest fieri furioso, & infāti, nec exigitur in ea authoritas tutoris ad idem est text. in l. de pupillo §. nuntiare ibi *puero, vel puellæ* ff. eo. Vndè ex simili ratione idem in nostro themate videtur decidendum. Secūdo per tex. in l. si dictum §. fin. ff. de euict. vbi denuntiatio ex dupplæ stipulatione fieri potest pupillo sine tutoris authoritate. si tutor non appareat, quem tex. dixit notabilem Ang. in §. actionum autem num. 40. in fine Insti de actio. & mira-

mirabilem. Bal. in l. libera nu. 9. C. de ſentent. per text. in l. ſi finita §. ſi pupillus ff. de damno infecto, vbi fit miſſio in poſſeſſionem, ſi pupillus tutorem non habeat quo authore damni infecti promit-
3 tat. Quarto, quia † citatio prima valet in perſonam pupilli, namquè intelligitur, vt compareat per legitimam perſonam. Bart. in l. 1. §. ſufficit nu. 2. ff de adminiſtr. tuto. vbi Andr. Barb. in addit. & in l. qui habet §. ſi pupillus *il 1.* num. 7. verſ. reſpondeo ff. de tutel. Angel. in l. 1. quiquè nu. 2. ff. de in iur. voc. facit tex. in l. apud Iulianum §. vlt. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur. Abb. conſ. 29. num. 5. lib. 2. & iſtam affirmatiuam in terminis terminantibus videtur tenere hic Petr. Foller. tit. inſtrumen. grat. nu. 24. in fine Contrariam partem negatiuam nihilominus iudicamus veriorem, vt ex
4 † dicta depoſitione pecuniarum curſus cenſualium non impedia-
a tur, a quia cum vterquè tractet de damno euitando, venditor, vt amplius non teneatur ad cenſualia, & pupillus, vt pecunia depoſitata in eius damnum mortua non remanſerit, quæ forſan ſine lucro non ſtetiſſet, ſi tutori depoſitum fuiſſet notificatum argum. l. tutor. qui repertorium §. ſi poſt depoſitionem, vbi Bar. ff. de admin. tut. l. cum plures §. fin. ff. eod. A uall. conſ. 35. nu. 17. volu. 1. præferendus eſt pupillus vti magis priuilegiatus, & exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi annuum cenſum arg. l. verum §. item quæritur ff. de minor. xxv. ann. Confirmatur hæc noſtra ſententia
5 quia † ei debet fieri oblatio, cui debet fieri ſolutio l. ſi reus paratus vbi glo. in verbo non habuit ff. de procur. Bald. in l. acceptam
6 num. 13. quæſtio. 3. C. de vſur. At † ſolutio non poteſt fieri pupillo ſine tutoris authoritate l. pupillo ff. de ſolutio. ergo nec oblatio cum effectu. Secundo confirmatur per tex. l. ſed ſi ex ſtipulatu ff. de verb. obliga. vbi ſi pupillus Stichum debeat non videbitur per eũ mora fieri, vt eo mortuo teneatur, niſi is tutore authore, aut ſolus tutor interpelletur. Tertio confirmatur per text. l. Aemilius ibi *venditor denuntiationibus* ff de minor 25. ann. vbi denuntiatio de ſoluendo precium iuxta conuẽtionis legem ſæpius fuit facta tutoribus pupilli, non autem pupillo. Non obſtat. Primum
7 agument. † quia ſoluitur vt per glo. ibi in verbo infanti verſ. ſed ex quo & latius per Paul. de Caſtro in l. creditori ff. de nou. oper. nunc. ſub num. 2. vbi exponit dictã l. operis ibi *furioſo, & infanti* ideſt contra furioſum, & infantem, quia non ſufficeret nuntiare eis, ſed debebit nuntiare fabris, vel alijs qui renuntient tutori,

vel curatori; Non obstat secundum argumentum quia ibi vertitur fauor pupilli fit enim illa denuntiatio non ad contumatiam, & moram inducendam denuntiato, sed ad negligentiam tollendam in ipso denunciante, secundum glo. & Ang. ibidem Bart. in l. sed si ex stipulatu nu. 2. in fine ff. de verb. obligat. quam legit iunctam cum l. si ex legati causa Paul. Castr. cons. 240. num. 1. in fine vol. 1. Non obstat tertium argum. quia resp. vt per Alber. ibi & in §. si forte eiusdem l. Non ob. quartum arg. quia per dictam citationem pupillus non patitur aliquod detrimentum, si non compareat secundum Inno. in capit. si aduersarius de eo qui mitt. in
8 possessio. Quid si pupillus † habeat plures tutores an sufficiat no-
b tificationē depositi vni ex his fieri. dicas, quòd sic *b* l. concilio §. vlt. ff. de curat. furio l. si ex pluribus ff. de auth. tut. l. 2 §. si plures ff. de curat. bon. dād. l. 1. C si ex plur. tut. l. vlt. C. de aucto. præstan.

ANNOTATIONES.

a *Idem tradunt Addent. ad Petr. de Greg. de Cēsib. quæst. 5. nu. 292. qui id extendunt ad furiosum, vel prodigum, cui bonis interdictum est. quoniam valet in iure argumentum à minore ad furiosum, vel prodigū iuxta ea, quæ late scribit Euerard. in loco à minore ad furios.*

b *Adde id verum, nisi plures tutores dati sint à testatore cum clausula, quòd vnus sine alio nihil facere possit. tunc enim non sufficit vni soluere, vel offerre l. titium in princ. ff. de adm. tut. Vel, nisi diuisa sit inter eos administratio, quo casu solutio, vel oblatio est omnino facienda tutori, ad quem pertinet eius rei administratio, nec sufficit, si fiat alteri tutori. l. quaro ff. de solut.*

Marcellus Conuersanus I.C.

Vtrum hæres vel vsufructuaria retrouenditionem census facere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres an vsufructuaria retrouenditionem census facere teneatur.*
2 *Hæreditatis diffinitio.*
3 *Vsufructuaria debet consequi capitale annui census.*

4 Cau-

4 *Cautela pro hærede contra vsufructuariam, & pro substituto, contra institutum. & 7.*
5 *Vsufructus diffinitio.*
6 *Venditio bonorum restitutioni subiectorum reuocatur, eueniente casu restitutionis nisi fuerit facta ex necessitate præcedentis contractus initi inter defunctum, & emptorem.*
8 *Substitutus eueniente casu succedit in vniuersum ius instituti.*

1 SI † emptor census Bullaris, instituto hærede vniuersali vsufructuariam reliquerit vxorem, vtrum hæres, vel fructuaria retrouēditionem census facere teneatur, & conclusiuè loquentes dicimus, quòd hæres, vti dominus habens
a facultatem retrouendēdi *a* per text.l.2.C. de pact. inter empt. & vend.ibi *hæres emptoris* & in terminis hoc tenet Tiraqu. in tract. de retr.conuent.§.1.gloss.6.nu 29.Cagnol.in d.l.2.nu.241.quæst.
2 86.ad quod facit quia † hæreditas est successio in vniuersum ius, quod defuntus habuit tempore mortis l.hæreditas ff.de reg. iur. l.nihil aliud est hæreditas ff. de verbo. & rer. significat. vbi Alc.
3 Cagnol.& Dec. † Precium autem census principale debet rema-
b nere apud vsufructuariā, *b* vt ea dum viuet vtatur, & fruatur secundum Tiraquell.& Cagno vbi supra per l.vxori meæ ff.de vsu-
4 fruct.legat.Tutius † verò aget.hæres, si illud deponi postulet, vt
5 iterum redditus emantur, cum † vsufructus sit ius alienis rebus vtendi, & fruendi salua rerum substantia l. prima ff. de vsufruct. & Institut.eo in princip.Sed quid, si emptor.instituerit hæredem, eique mortuo substituerit, an hæres capitali percepto iure re-
c trouēderet, non vocato substituto Et dicimus quod sic *c* per prædicta & facit text.l.1.§.denuntiari autem ff.de ventre inspicien.
6 nec ea † retrouenditio reuocabitur per substitutum, eueniente casu substitutionis iuxta §.sin autem l.fin.C.comm.de leg.in tex. ibi *sciat quod conditione impleta, &c.* cum hæc processerit necessariò ex pacto inito inter emptorem defunctum, & venditorem census argument. l. 1. C.quando decre.opus non est l. 1. §.1.& l. l.magis puto §.si pupillus ff.de reb.cor.Paul.de Castro cons.183.
7 num.2.volu.1. credimus tamen audiendum esse substitutum, si
8 præuener t, & proposuerit cautelam suprascriptam cum † substitus succedere habeat in vniuerso iure instituti argumento l.si. §.pro secundo vbi Doctor.C.de cad.tollen.

AN-

Digitized by Google

ANNOTATIONES.

a *Contrarium, quòd immo redemptio census fieri possit ab vsufructuario late probat Roder. de ann. redit. lib. 2. quæst. 15. nu. 84. Sed quòd, neque à solo vsufructuario, neque à solo proprietario sit facienda; sed ab vtroque simul, affirmant Felician. de censib. lib. 4. cap. vnico nu. 7. D. Garf. Mastrill. in addit. ad Petr. de Greg. de censib. quæst. 5. nu. 298. qui pro eadẽ sententia citant Cagnol. in l. 2. nu. 329. C. de pact. inter empt. & vend. Tiraquell. de retract. cõuēt. §. 1. gloss. 6. nu. 29. Foll. de censib. in ver. instrumento gratia nu. 35. qui non dicũt esse omnino necessariũ, vt fiat ab vtroq; simul, sed cautius, ac tutius esse, si ita fiat: & fatētur de stricto iure sufficere, q̃ fiat à solo hærede.*

b *Vide latissime Felician. in nouiss. addit. ad tract. de censib. lib. 4. cap. vni. nu. 15.*

c *Contrarium tenent Felician. de censib. lib. 4. cap. vnico nu. 5. late D. Garf. Mastrill. decis. 47. ea moti ratione, quòd redemptio est species alienationis, quæ fieri non potest ab hærede qui ex fideicommisso tenetur hæreditatem alteri restituere auth. res quæ C. comm. de legat. Quo tamen nõ obstante verior mihi videtur opinio Intriglioli, quam probat etiam Roder. lib. 2. de ann. redit. quæst. 15. nu. 87. Tum quia hæc est alienatio necessaria proueniens ex natura, ac lege contractus, quæ non comprehenditur sub prohibitione alienationis, vt considerat Roder. loco citato. Tum etiam quia hæredi ante restitutam hæreditatem rectè soluitur. l. ante restitutam, vbi gloss. Bald. Ang. Alber. & Ioan. de Imol. ff. de solut. & oblatio est facienda illi, qui potest solutionem recipere l. si reus paratus ff. de procurator. Bald. in l. acceptam nu. 13. vers. tertio quæro C. de vsur.*

Marcell. Conuersanus I. C.

QVAESTIO LXXII.

Vtrum depositum sortis principalis impediat cursum censualium, hæredibus emptoris, non exhibita fide pacti de retrouendendo.

SVMMARIVM.

1 *Depositum sortis principalis vtrum impediat cursum censualium post mortem emptoris, eius hæredibus non ostenso pacto de retrouendendo. & nu. 6.*

Fru-

2 *Fructus fundi venditi cum pacto de retrouendendo lucro cedunt venditori à die facti depositi, & emptori notificati, eoq. mortuo cedunt hæredibus quousque pactum, fuerit de retrouendendo eis iniunctum.*

3 *Hæres emphyteutæ distrahendo fundum emphytheuticum ignorãs, non cadit à iure suo, nisi dominus scientiam probauerit.*

4 *Hæres emphyteutæ ignorans rem esse emphyteuticam, non soluens debitum canonẽ quamuis de rigore cadit à iure suo, tamen ei datur restitutio in integrum ex clausula generali, si qua iusta causa, &c. nisi dominus directus scientiam probauerit.*

5 *Reus prosequens litem postquam sibi constiterit de iure actoris condemnatur in omnibus expensis litis.*

7 *Pactum de retrouendendo est de substantia contractus Bullaris.*

8 *Ablatiuus absolutus importat conditionem.*

9 *Conditio inducit formam.*

10 *Forma maximè data à statuto est substantialis.*

11 *Iuris scientia præsumitur per se, vel per aditum ad peritiores.*

12 *Hæredes antequam agant, instrui de iure eorum debent.*

1 SI facto † deposito sortis principalis, & censualium pro rata temporis, per venditorem census, eoq; emptori notificato deindè relictis hæredibus defuncto, vtrum eis non exhibita fide pacti de retrouendendo currant annualitates, post mortem emptoris, & videtur, quod sic per ea, quæ eleganter scribit Tiraq. de retr. conuent. §. 4. glo. 6. num. 5. fol. 916. ex mente Cagn. in l. 2. C. de pact. inter emp. & vendit. & arg. l. si quis inficiatus in princ. vbi Bar. notabiliter ff. depos. qui vult, quod, si
2 † fundus vendatur cum pacto de retrouendendo, & venditor depositauerit pecuniam, facta notificatione emptori, fructus venditori cedunt à die facti, & notificati integri depositi, si deinde emptor moriatur fructus hæredibus lucro cedunt, quousq; eis
3 pactum de retrouendendo fuerit ostensum. Secundo, quia si † hæres emphyteutæ ignorans fundum esse emphyteuticũ distraxerit sine assensu domini directi nõ cadit à iure suo: nisi dominus scientiam probauerit. Cagnol. in l. qui in alterius n. 9. & Dec. n. 2. ff. de reg. iur. Bald. in cap. 1. §. si vassallus *il* 2. nu. 3. si de feud. fuer. con-
4 tro. inter domin. & agnat. Vassall. & similiter † si hæres ignorans rem fuisse emphyteuticam non soluerit debitum canonem, &

per

per hoc de rigore iuris cecidit à iure suo, impartitur ei etiam maiori beneficium restitutionis integrum, ex clausula generali, si qua iusta causa, &c. nisi dominus scientiam probare paratus sit Clar.in §. emphyteusis quæst.8. vers. prosequendo materiam gloss in l.2.in verbo legem, vbi Iason num.184.& Salic.num. 25. C.de iure emphyt.Decius consil.58.in fine volum.1.Imol.in cap. potuit nu.56.extra locati qui dicunt esse communem opinionem Corn.cons.165.in littera Q & R. lib.2.Socc.Iun cons.70.nu.23.
5 lib.1.Cagnol.in dicta l.qui in alterius n.5.Tertio facit quia † reus postquam fuerit certioratus de iure actoris, puta productione instrumenti, vel testium publicatione, si litem prosequitur condemnatur in expensis omnibus factis ante, & post publicationem & productionem; secus verò si in progressu litis non fuerit certioratus, quia vti non temerè litigans excusaretur ab expensis. Dec.in d.reg.qui in alterius nu 7.vers.sed tamen aduertendum,
6 Quicquid ibidem dixerint Bart. num.2. & Cagnol. sub nu. 25. † Contrariam sententiam in themate proposito iudicamus veriorem, vt non currant censualia post mortem emptoris hæredibus eius non ostenso pacto de retrouendendo, quam nuncupatim tenet hic Foller.tit. instrumento gratiæ num.47. quia in contractu
7 bullari † pactum de retrouendendo est de forma, & substantia ipsius, vt in text.Bullæ Papę Nicolai ibi *instrumēto gratiæ pro consimili precio illa redimendi mediante* Ponderando ablatiuum abso-
8 lutum *mediante* qui † importat conditionem secundum commu-
9 muniter Doct. in rubr. ff. sol. matrim. Et † conditio inducit formā Bald.in auth.matri, & auiæ col.1.C.quando mulier.tut.offic. fun.deb.Tiraq.de retr.lign.§.1.glo.21.sub nu. 13. & de retr. con-
10 conuentio.§.2.gloss.1.nu.3.& † forma maximè data à statuto est substantialis Bald.in l. comparationes in 3. opp.in fine C.de fide instrum.Tiraq.de retr.lign.§.36.gloss.2.sub num.29 Bal in l.hu-
11 manum col.2.C de ll.Quapropter † hęredes non debent certiorari de pacto prædicto, cum sciant vel scire debeant illud esse de substantia contractus censualis, cum scientia præsumatur per se, vel per aditum ad peritiores Alc.in tract. præsumpt. reg. 3. præsumpt.31.num.1 & 2.Alex.cons.46.col.2. & fin. vers. item in dubio vol.3 & cons 73.col.fin.vers.vndè dictus Ioan.vol.2.Bar.in l. non fatetur col.vlt ff.de confess.Soc sen cons. 47.nu.9. in fine vol. 3.Gabriel.lib.6.tit.de reg.iur.concl.8.nu.1.l. leges sacratissimæ

C.de

Digitized by Google

C.de legibus l.si hæres ab eo §.fin.ff.ad Trebell. l. bonorum, vbi
12 Bart.ff.de bonor. posses. Præterea, si † heredes præfati agerent pro censualibus repellerentur exceptione facti depositi, cum antè quam agerent instrui de iure eorum debuerint Cagn. Dec. & Bar. in dicta regul. qui in alterius per text. ibi *non etiam si agat* ff.de reg.iur.

QVAESTIO LXXIII.

Moneta, si decreuerit defectu formæ, vel materiæ post contractum subiugatorium, cuius temporis precium attendatur contractus, an solutionis

SVMMARIVM.

1 *Moneta, si decreuerit respectu formæ, vel materiæ post contractum subiugatorium, cuius temporis precium attendatur contractus an solutionis.*

2 *Emptor census, qui certam speciem monetæ stipulatus est pro retrouenditione census, non potest cogi aliam monetam recipere, etiam probam iuxtà monetæ promissæ extimationem, si sit alterius materiæ, secus si fuerit eiusdem materiæ, sed alterius formæ, & caracteris. & quid de consuetudine, & nu.3.5.& 7.*

4 *Tex.in l. Paulus ff.de solutionibus declaratur, & exornatur. & n.6.*

1 VEnditor census fuit confessus † recepisse centum incerta specie monetæ tempore subiugationis communiter currentis, Promiseratq; emptor recepta eadem spetie monetæ dicti census retrouenditionem facere, si postea eiusdem monetæ valor decrescat ob deteriorationem materiæ, vel formæ cuius temporis precium attendi debeat, vtrum promissionis, &
2 & contractus, an solutionis.† Et dicas quod erit inspiciendus valor temporis promissionis, seu contractus non autem solutionis Abb.in cap.quanto sub nu.12.vers. venio ad secundum, vbi dicit esse communem opinionē legistarū, & canonistarum, & ibi quoq; Hostien.col.2.vers.quid ergo si mercator extra de iureiura. Bar. in l.Paulus num.6.ff.de solut.Bal.in l.acceptam sub num.25.C.de

Hh vsur.

vsur. Ias. in l. 2. num. 91. vers. secundum tamen, vbi allegat magis communem opinionem, vbi etiam Alber. nu. 20. C. de iure emph. Afflict. decis. 90. nu. 3. Crauett. cons. 47. num. 6. vol. 1. vbi dicit esse communem opinionem Cagno. post Bal. in l. cum quid nu. 91. & 92. vbi etiam dicit communem opinionem, ff. si cert. pet. Tiraq. de retr. sang §. 1. glos. 18. nu. 27. Gabriel lib. 3. concl. tit. de solut.
2 conclusio 1. num. 1. Corn. cons. 109. in princ. lib. 4. Nec † emptor, qui certam speciem monetæ stipulatus est pro retrouenditione census cogendus erit quamcunq; aliam monetam, etiam probam ad monetæ promissæ æstimationem recipere, si sit alterius materiæ, Couarr. de veter. numism. collat. cap. 7 §. vnico incip. superest modo num. 1. Abb. in d. cap. quanto sub num. 15. vers. aut nullum damnum patior extrà de iureiuran. Boer. decis. 327. colum. 3. Nequè huius rei deest ratio, quia mutata substantia monetæ eadem moneta dici non poterit l. Iulianus §. sed etsi quis rem deteriorem ff. ad exhiben. l. Seia ff. de aur. & argen. lega. Alber. in l. 2. nu. 29. C. de iure emphyt. vnde aliud pro alio inuito creditore solui nequit l. 2. §. 1. in fine ff. si cert. petat. l. eũ à quo C. eod. l. si se §. ait prætor ff. de re iud. l. promissor. §. fin. ff. de constitu pecun. l. item liberatur § qui paratus ff. quibus mod. pignus vel hy-
3 po. solu. Quod tamen † locorum consuetudo minimè aprobat. b
b quam recenset Abb. in dicto cap. quanto in fine, & Couarr. vbi supra sub nu. 1. Bar. in dicta l. Paulus nu. 4. in fine vbi etiam Castren. post prin. Afflic. decisio. 90. nu. 5. secundum quam semel Magnam Curiam Messanæ existentem iudicasse comperimus. Adiuuatur hæc consuetudo, quia creditor non patitur damnum aliquod, si recipiat aliam monetam ad promissæ æstimationem, quod dam-
4 num, seu patrimonij diminutionem videtur considerasse † Paulus Iurisconsultus in dicta l. Paulus in tex. ibi *si ex ea re damnũ* vbi Accurs. secundum tertiam expositionem, cuius expositio, licet non sit vera de iure scripto per prædicta, cum ad text. suppleat verbum *maxime*, rationabilis nihilominus videtur. Et secundum dictam consuetudinem intelligimus Doctores (si eos defendere volumus) dicentes, creditorem cogendum recipere nouam monetam iuxtà extimationem antiquæ promissæ, habito respectu ad tempus contractus, vel eandem antiquam monetam non reprobatam in totum, si fortè reperiretur, vt Oldr. cons. 250. vers. ad primam quæst. Andr. Ysern. in cap. 1.

sub

Digitized by Google

sub nu.21.vers.quocunq;modo tit.quæ sunt Regal. Ioã.de Plat.in in l.1.col.2.vers.item nota C.de veter.numism. potest.lib. 11. Si
5 vero esset † moneta diuersæ formæ,sed eiusdem materiæ cum promissa, cogeretur emptor, etiam de iure illam recipere ad æstimationem tamen promissæ.Couarr.in dicto §.vnico vers. secunda conclusio ex mente Bar.in d.l. Paulus
6 da conclusio ex mente Bar.in d.l. Paulus † & ad text. d. l. Paulus
7 ibi *in aliam formam* supple, *& diuersam materiam* secus † verò si fuerint nummi in alia forma,sed in eadem materia secũdum proximam, & communem conclusionem.

ANNOTATIONES.

a *In materia huius quæstionis,vide omnino Felician.in nouiss.addit. ad tract. de censib. lib.4. c.vnico nu.28. Feder.Martin.de iure cens. cap.5. nu.59. & cap.8. nu. 46. & seqq. Roder. de ann. redit. lib.2. quæst.15. nu.92.& 93. D.Gars.Mastrill.decis.7. Et an valeat pactum,quòd census redimi non possit, nisi in eadem specie monetæ, vide Leonar. Less. de iust. & iure lib.2. c.22. dub. 9.*

b *Eiusdem consuetudinis meminit idem Intrigl. decis.1. nu.20. vbi alios citat. Contrarium tamen,quòd non extet talis cõsuetudo,ideoq. eam allegantiincumbat onus probandi,affirmant Purpur. cons.522. nu.32. lib.2. Facbin. contr.iur.lib.2.c.9.& 10. in fin. Feder.Martin. d. c.8. num. 56.*

Marcell. Conuersanus. I.C.

QVÆSTIO LXXIV.

Si venditor vult redimere, censum, vtrum teneatur ad pensionem totius anni; an pro rata temporis.

SVMMARIVM.

1 *Venditor census volens redimere illum infra annum an teneatur ad integram pensionem, an pro rata temporis. & nu.2.*
3 *Venditor fundi cum pacto de retrouendendo,si redimat pendentibus fructibus, habebitur eorum ratio pro rata temporis.*

vsur. Iaf. in l. 2. num. 91. verf. secundum tamen, vbi allegat magis communem opinionem, vbi etiam Alber. nu. 20. C. de iure emph. Afflict. decis. 90. nu. 3. Crauett. cons. 47. num. 6. vol. 1. vbi dicit esse communem opinionem Cagno. post Bal. in l. cum quid nu. 91. & 92. vbi etiam dicit communem opinionem, ff. si cert. pet. Tiraq. de retr. sang §. 1. glos. 18. nu. 27. Gabriel lib. 3. concl. tit. de solut.
2 conclusio 1. num. 1. Corn. cons. 109. in princ. lib. 4. Nec † emptor, qui certam speciem monetæ stipulatus est pro retrouenditione census cogendus erit quamcunq; aliam monetam, etiam probam ad monetæ promissæ ęstimationem recipere, si sit alterius materiæ, Couarr. de veter. numism. collat. cap. 7. §. vnico incip. superest modo num. 1. Abb. in d. cap. quanto sub num. 15. vers. aut nullum damnum patior extrà de iureiuran. Boer. decis. 327. colum. 3. Nequè huius rei deest ratio, quia mutata substantia monetæ eadem moneta dici non poterit l. Iulianus §. sed etsi quis rem deteriorem ff. ad exhiben. l. Seia ff. de aur. & argen. lega. Alber. in l. 2. nu. 29. C. de iure emphyt. vnde aliud pro alio inuito creditore solui nequit l. 2. §. 1. in fine ff. si cert. petat. l. eū à quo C. eod. l. si se §. ait prætor ff de re iud. l. promissor. §. fin. ff. de constitu pecun. l. item liberatur § qui paratus ff. quibus mod pignus vel hy-
3 po. solu. Quod tamen † locorum consuetudo minimè aprobat. b
b quam recenset Abb. in dicto cap. quanto in fine, & Couarr. vbi supra sub nu. 1. Bar. in dicta l. Paulus nu. 4. in fine vbi etiam Castren. post prin. Afflic decisio. 90. nu. 5. secundum quam semel Magnam Curiam Messanæ existentem iudicasse comperimus. Adiuuatur hæc consuetudo, quia creditor non patitur damnum aliquod, si recipiat aliam monetam ad promissæ æstimationem, quod dam-
4 num, seu patrimonij diminutionem videtur considerasse † Paulus Iurisconsultus in dicta l. Paulus in tex. ibi *si ex ea re damnū* vbi Accurs. secundum tertiam expositionem, cuius expositio, licet non sit vera de iure scripto per prædicta, cum ad text. suppleat verbum *maxime*, rationabilis nihilominus videtur. Et secundum dictam consuetudinem intelligimus Doctores (si eos defendere volumus) dicentes, creditorem cogendum recipere nouam monetam iuxtà extimationem antiquæ promissæ, habito respectu ad tempus contractus, vel eandem antiquam monetam non reprobatam in totum, si fortè reperiretur, vt Oldr. cons. 250. vers. ad primam quæst. Andr. Ysern. in cap. 1.

sub

Digitized by Google

sub nu. 11. vers. quocunq; modo tit. quæ sunt Regal. Ioã. de Plat. in in l. 1. col. 2. vers. item nota C. de veter. numism. potest. lib. 11. Si
5 vero esset † moneta diuersæ formæ, sed eiusdem materiæ cum promissa, cogeretur emptor, etiam de iure illam recipere ad æstimationem tamen promissæ. Couarr. in dicto §. vnico vers. secun-
6 da conclusio ex mente Bar. in d. l. Paulus † & ad text. d. l. Paulus
7 ibi *in aliam formam* supple, *& diuersam materiam* secus † verò si fuerint nummi in alia forma, sed in eadem materia secũdum proximam, & communem conclusionem.

ANNOTATIONES.

a *In materia huius quæstionis, vide omnino Felician. in nouiss. addit. ad tract. de censib. lib. 4. c. vnico nu. 28. Feder. Martin. de iure cens. cap. 5. nu. 59. & cap. 8. nu. 46. & seqq. Roder. de ann. redit. lib. 2. quæst. 15. nu. 92. & 93. D. Gars. Mastrill. decis. 7. Et an valeat pactum, quòd census redimi non possit, nisi in eadem specie moneta, vide Leonar. Less. de iust. & iure lib. 2. c. 22. dub. 9.*

b *Eiusdem consuetudinis meminit idem Intrigl. decis. 1. nu. 20. vbi alios citat. Contrarium tamen, quòd non extet talis cõsuetudo, ideoq. eam alleganti incumbat onus probandi, affirmant Purpur. cons. 522. nu. 32. lib. 2. Pachin. contr. iur. lib. 2. c. 9. & 10. in fin. Feder. Martin. d. c. 8. num. 56.*

Marcell. Conuersanus. I.C.

QVÆSTIO LXXIV.

Si venditor vult redimere, censum, vtrum teneatur ad pensionem totius anni; an pro rata temporis.

SVMMARIVM.

1 *Venditor census volens redimere illum infra annum an teneatur ad integram pensionem, an pro rata temporis. & nu. 2.*
3 *Venditor fundi cum pacto de retrouendendo, si redimat pendentibus fructibus, habebitur eorum ratio pro rata temporis.*

1 SI † venditor census infra annum velit censum redimere, vtrum teneatur ad pensionem totius anni, an pro rata temporis, Et videtur quod tenetur ad integram pensionem argum. l. qui Romæ in princ. ff. de verb. obli. glo. in l. qui pecuniam ff si cert. pet. l. à vobis ff. de ann. lega. Contrariam senten-
2 tiam iudicamus de iure veriorem, † vt venditor teneatur ad cen-
a sum pro rata temporis. a quam in terminis terminantibus tenent Cagno. in l. 2. sub nu. 100. in fine vers. ex quibus infero C. de pact. inter empt. & vend. Couar. libr. 1. resolut. cap. 15. sub nu. 10. Aual. consil. 27. nu. 18. vol. 2. Quicquid dicat de iure Guid. Papa quæst. 271. incip. si debitor promisit fol. 122. Confirmatur nostra sententia, & cōmunis decisione Raph. Cuman. in l. qui Romæ in princ. in vlt. colum. ff. de verbor. obligat. & in l. fina. in princ. ff. de iure
3 fisci, vbi vult, quod, si † venditor fundi cum pacto de retrouendendo redimere velit, sollemniterquè, & opportunè deponat precium tempore fructuum pendentium, debebit haberi ratio fru-
b ctuum pro rata temporis b facti depositi, argumen. eorum, quæ notantur in l. diuortio, & l. de diuisione ff. sol. matrim. cuius decisionem dicit æquam, sanctam, rationabilem, in practica obseruatam, & à scribentibus approbatam Hieronim. Cagnol. in dicta l. 2. vers. ego ab opinione nu. 100. Iaso. in l. qui Romæ in princip. num. 35. & 39. in fine, vbi Soc. nu. 20. ff. de verbo. obligatio. l. Couarr. lib. 1. resolut. cap. 15. num. 6. & 7. Tiraquel. de retr. conuen. §. 5. gloss. 4. nu. 4. eamque dicit communem Petr. de Monca. in add. ad Gozzad. in dicta l. 2. nu. 130. versic. 16. quæro, Quicquid dicant Alexand. in d. l. qui Romæ sub nu. 9. Bal. consil. 389. sub nu. 1. vol. 4. & sequaces.

ANNOTATIONES.

a *Adde Foller. ad pragm. de censib. in ver. instrumento gratiæ nu. 59. qui refert ita practicari, & ibid. Feder. Campix. in ver. redimendi nu. 5. qui dicit hanc opinionē seruari de cōsuetudine, Felician. de cēsib. lib. 4. c. vni. nu. 2. vers. non tamen, & latius in nouissimis addit. nu. 7.*

b *Vide late Ioseph. Ludou. decis. Perus. 79. Caualc. de vsufr. mul. rel. nu. 244. Thess. decis. 56. Facbin. controuers. iur. lib. 2. c. 14. Felician. in nouiss. addit. ad d. c. vn. nu. 7.*

Marcell. Conuersanus I. C.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO LXXV.

Depositum factum per venditorem census, si deficiat in vno nummo vtrum impediat cursum censualium.

SVMMARIVM.

1 *Depositum factum per venditorem census, si deficiat in vno nummo, non impedit cursum censualium.*

2 *Spoliator, nisi restituat rem cum omnibus fructibus, & expensis vsque ad numinum non auditur.*

3 *Emphyteuta deficiens in solutione pensionis vnius nummi, cadit à iure suo, Etiam quòd pensio fuerit maioris summæ, & defecerit in vno nummo. nu. 5.*

4 *Glossator quando refert plures opiniones semper videtur approbare vltimam, aliis reiectis.*

6 *Res si vendatur ita, vt nisi tota pecunia die statuta fuerit soluta sit inempta, si vnus nummus desit ad soluendū dicitur inempta.*

7 *Beneficium l ij. C. de rescin. vēdit. inducitur per solū excessum vnius nummi, vltra dimidiam iusti precij.*

8 *Statutum dictans, vt infra certum tempus soluatur certa pecuniarum summa per appellantem, si fortè appellans defecerit in vno nummo appellatio declarabitur deserta.*

9 *Solutio vnius nummi facta per debitorem interrumpit præscriptionem.*

10 *Interruptio præscriptionis probatur per vnicum testem omni exceptione maiorem, cum iuramento partis.*

11 *Filius institutus in vno nummo, non potest petere annullationem testamenti, sed benè agere ad supplementum legitimæ.*

12 *Creditor non cogitur recipere partem debiti, etsi defectus fuerit vnius nummi.*

1 SI † venditor deponat precium capitalis recepti, & censualium præter modicum, fortè vnum nummum, vtrum currant annualitates nō obstante dicto deposito. Et con-
2 clusiuè loquentes dicimus, quod sic a And. Tiraq. de retr. conuent. §. 4. glo. 6. nu. 23. Cœpoll. cons. 46. sub num. 5. vers. præterea etiam si ap-

si appareret Bened.Bon.de cens.lib.1.art.95.nu.128.fol.209.con-
2 firmatur hæc conclusio, ex multis. Primo, quia † spoliator, nisi
restituat rem cum omnibus fructibus, & expensis vsque ad num-
mum non auditur Bald. in cap.conquerente col.1.per illum text.
extra de restit.spoliat.Cum.in cap.Ritus 40. num. 194. Secundo
3 quia † emphyteuta deficiens in solutione pensionis consistentis
in vno nummo per tempora statuta cadit à iure suo. Clar. in §.
emphyteusis quæst.8.vers.sed pone Ripa in l.fin.nu.130.C.de re-
uoc.dona. Afflict.decis.80.nu.7.in fine,quicquid dicat glo.in ver-
bo repelli potest in Authen.qui rem C.de sacrosan.eccl.dum resi-
4 det in cōtraria opinione † vltimo relata,cum vltima opinio sem-
per approbetur à glossatore alijs reiectis glo.fina.ibi *vt maioris,
& vltimi* l.qui filium §.Sabinus ff.ad Trebell. Bar. in l. bonafides
nu.2.ff.depos.Bal.in l.si mater nu.2.C.ne de stat.defun.& in Auth.
ex testamento col.2.vers.ex quo vltimo C.de collatio.Ias.in l.pa-
cta nouissima col. 2.vers.quartodecimo, & vlti.C.de pact.non so-
5 lum † quando pensio consisteret in vno nummo, verum etiam si
maior esset, & emphyteuta defecisset in vno solo nummo secun-
dum genitorem meum, virum subtilissimi ingenij, & eminentis
scientiæ argum. gloss. notab. in l. res bona ff. de contrah. empt.
6 vbi, si † res vendita sit, ita vt nisi die statuta fuerit soluta tota pe-
cunia res sit in empta, si vnus vnus nummus desit ad soluēdū res
7 nihilominus dicitur inempta. Tertio, quia † vnus nummus exce-
dens dimidiam iusti pretij rei venditæ inducit beneficium l.2. C.
de rescind. vendit. vt emptor vel restituat rem, vel suppleat iu-
stum, & integrum precium Cagno.in dicta l.2.num.138.vbi Bal.
nu.16.Cæpoll.in tract.de simul.contr.fol.4.colum.1.Felin.in cap.
8 cū causa col.1.extra de testib.Quarto,quia † stāte statuto,vt sol-
uatur infra certum terminum certa pecuniarum summa per ap-
pellantem in introdutione processus, si fortè appellans defecerit
in vno nummo, appellatio declarabitur deserta, Bald. in addit.
ad Specul. titul. de appell. versic. sed pone dicit statutum. Iason.
in auth.qui rem sub num.16.vers.decimo C.de sacrosanct.eccles.
9 Cumia in cap.Ritus 88.nu.37.Quinto,quia † solutio vnius num-
mi per debitorem facta interrumpit præscriptionem totius de-
biti Bal. in cap. illud in vlt.col. extrà de præscript. glo. in verbo
innouata circa medium §.penulti.l.cum notissimi C.de præscrip.
30.ann.Bald.in cap.1.§.quid ergo numer.4.de inuest.de re aliena

fact.

Digitized by Google

10 fact. † interruptio autem præscriptionis iure probabitur per vnicum testem omni exceptione maiorem cum iuramento partis Ioan. Francis. Balb. in tract. præscrip. 3. par. 6. part. princ. num. 54. fol. 159. Card. Zab. cons. 107. petitur quædam sententia col. 2.
11 Sexto facit, quia † filius siue in potestate. siue emancipatus, si fuerit institutus in vno nummo valebit testamentum, agiquè tantum poterit ad supplementum legitimæ. Cagno. in auth. ex causa sub nu. 3. C. de liber. præte. l. omnimodo, & l. quoniam in prioribus C. de in offit. testamen. Clar. in §. testamentum quæ-
12 stio. 38. vers. sed nunquid tota. Septimo, & vltimo facit quia † creditor non cogitur recipere partem debiti, etiam si defectus fuerit vnius numini l. tutorum §. Lucius ff. de vsur. l. Iulianus §. offerri ff. de action. empti. l. qui pignori ff. de pignor. gloss. & Doctor. in l. quidam extimauerunt, maximè Alexand. num. 7. & Iason. colum. 4. ff. si cert. petatur. Socin. regul. 75. Ioann. de Amic. consil. 55. num. 18. Bald. in l. acceptam nu. 11. in 6. opposit. C. de vsur.

ANNOTATIONES.

a *Eandem conclusionem, quòd census currat, etiam si depositum factum pro illius redemptione deficiat in vno nummo probant Foller. de censib. in ver. instrumento gratiæ num. 49. Milanens. decis. 18. nu. 31. lib. 2 Felician. in nouiss. addit. ad tract. de censib. lib. 4. c. vnico nu. 3. Addent. ad Petr. de Greg. de censib. quæst. 5. nu. 287. Quæ vera est, etiã si omissio vnius nummi processerit ex errore calculi. nam, licet error calculi excuset respectu pœnæ, non tamen prodest adhoc, vt emptor teneatur retrouendere. & sic essent interusuria, vt declarat Tiraquell. de retract. conuent. §. 4. gloss. 6. nu. 30. & in terminis nostris scribunt Milanens. d. decis. 18. nu. 33. Felician. d. nu. 3. quamuis contrarium senserit Foller. d. nu. 49. ad fin.*

Marcell. Conuersanus I.C.

QVAE

QVAESTIO LXXVI.

Depositum refutatum si pereat, cuius periculo pereat, emptoris, an venditoris?

SVMMARIVM.

1 Depositum factum per venditorem census, si pereat cuius periculo pereat.

1 SI † depositum integrum congruo loco, & tẽpore, & iuxta cunsuetudinem loci factum refutatum per emptorẽ census, pereat cuius periculo pereat. Et concludimus, quòd periculo emptoris perit, si ex euentu litis constabit sine iusta causa fuisse refutatum l. qui decem in princ. vbi Bart. & l. creditor oblatam, vbi etiam Bar. ff. de solu. l. 1. C. de suscept. & arcar. lib. 10. gloss. 1. in l. acceptam, vbi Bart. col. 2. Bal. col. 1. & Paul. de Castro etiam col. 1. C. de vsur. Bal. in l. 1. in fine C. de nouatio. facit text. in l. vlt. ad finem, & ibi Bald. C. de comm. ser. manum. Paul de Castr. in l qui Romæ in princ. ff. de verb. obliga. Abb. cons. 56. col. 1. in prin. lib. 1. Dec. cons. 543. col. vlt. sub nu. 21. lib. 4. & cons. 668. lib. 5. Tiraq. de retr. conu. §. 4. glo. 6. nu. 34.

ANNOTATIONES.

a *Idem in terminis depositi facti pro redimendo censu scribunt Foller. de censib. in ver. instrumento gratia nu. 50. Ioan. Bapt. Lup. in l. 2. num. 103. C. de pact. int. empt. & vend. Felician. in nouiss. addit. ad tract. de censib. lib. 4. c. vii. num. 6.*

Marcell. Conuersanus I. C.

QVAE-

Digitized by Google


QVAESTIO LXXVII.

Depositum iudiciale apud quem fieri debeat, vt dicatur legitime factum.

SVMMARIVM.

1 *Depositum iudiciale apud quem fieri debeat, vt dicatur legitime factum.*

2 *Depositi iudicialis requisita.*



1 APud quem † debeat fieri depositum iudiciale, vt dicatur legitimè factum? Respondemus, quòd fieri debet apud eum, apud quem iudex super hac re

a aditus deponi dispofuerit. a Auall. conf. 63. nu.3. & 32. vol.2.l. accceptam in tex.ibi *competens iudex* vbi magis communiter scribentes C.de vsur. Alex.conf.75. nu.7.

2 lib.7. Curt.Iun.conf.26. sub nu.1. vbi † enumerat alia requisita, videlicet, vt totum debitum deponatur, vt actualiter pecunia numeretur, & vt fiat parte citata, vel præsente Bal. in l. si reus paratus sub nu. 1. vers. iuxta hoc ff.de procurat. Tiraq.de retr.conuent.§.4.glo.7.nu.11.

ANNOTATIONES.

a *Adde, quòd venditor volens deponere iudicialiter iudicem proprium, adire debet, non iudicem emptoris, vt scribunt Bald. in l. acceptam nu.24. C. de vsur. Alex. conf.103. num.4. lib.5. Cagnol. in l.2. num.113. & ibid. Ioan.Bapt. Lup. num.114. C. de pact. inter empt.& vendit. Caroc.de depos. p.2 quæst. 86. Felician. in nouiss. addit. ad tract. de censib. lib. 4. cap. vn. num.3. in fin.*

Marcell.Conuersanus I.C.

Digitized by Google

si appareret Bened.Bon.de censf.lib. 1.art.95.nu. 128.fol.209.con-
2 firmatur hæc conclusio, ex multis. Primo, quia † spoliator, nisi restituat rem cum omnibus fructibus, & expensis vsque ad nummum non auditur Bald. in cap.conquerente col.1.per illum text. extra de restit.spoliat.Cum.in cap.Ritus 40. num. 194. Secundo
3 quia † emphyteuta deficiens in solutione pensionis consistentis in vno nummo per tempora statuta cadit à iure suo. Clar. in §. emphyteusis quæst.8.vers.sed pone Ripa in l.fin.nu.130.C.de re-uoc.dona. Afflict.decis.80.nu.7.in fine,quicquid dicat glo.in verbo repelli potest in Authen.qui rem C.de sacrosan.eccl.dum resi-
4 det in cõtraria opinione † vltimo relata,cum vltima opinio semper approbetur à glossatore alijs reiectis glo.fina.ibi *vt maioris, & vltimi* l.qui filium §.Sabinus ff.ad Trebell. Bar. in l. bonafides nu.2.ff.depos.Bal.in l.si mater nu.2.C.ne de stat.defun.& in Auth. ex testamento col.2.vers.ex quo vltimo C.de collatio.Ias.in l.pacta nouissima col. 2.vers.quartodecimo, & vlti.C.de pact.non so-
5 lum † quando pensio consisteret in vno nummo, verum etiam si maior esset, & emphyteuta defecisset in vno solo nummo secundum genitorem meum, virum subtilissimi ingenij, & eminentis scientiæ argum. gloss. notab. in l. res bona ff. de contrah. empt.
6 vbi,si † res vendita sit,ita vt nisi die statuta fuerit soluta tota pecunia res sit in empta, si vnus vnus nummus desit ad soluẽdũ res
7 nihilominus dicitur inempta. Tertio, quia † vnus nummus excedens dimidiam iusti pretij rei venditæ inducit beneficium l.2. C. de rescind. vendit. vt emptor vel restituat rem, vel suppleat iustum, & integrum precium Cagno.in dicta l.2.num.138.vbi Bal. nu.16.Cæpoll.in tract.de simul.contr.fol.4.colum.1.Felin.in cap.
8 cũ causa col.1.extra de testib.Quarto,quia † stãte statuto,vt soluatur infra certum terminum certa pecuniarum summa per appellantem in introdutione processus, si fortè appellans defecerit in vno nummo, appellatio declarabitur deserta, Bald. in addit. ad Specul. titul. de appell. versic. sed pone dicit statutum. Iason. in auth.qui rem sub num.16.vers.decimo C.de sacrosanct.eccles.
9 Cumia in cap.Ritus 88.nu.37.Quinto,quia † solutio vnius nummi per debitorem facta interrumpit præscriptionem totius debiti Bal. in cap. illud in vlt.col. extrà de præscript. glo. in verbo innouata circa medium §.penulti.l.cum notissimi C.de præscrip. 30.ann.Bald.in cap.1.§.quid ergo numer.4.de inuest.de re aliena

fact.

Digitized by Google

10 fact. † interruptio autem præscriptionis iure probabitur per vnicum testem omni exceptione maiorem cum iuramento partis Ioan. Francisc. Balb. in tract. præscrip. 3. par. 6. part. princ. num. 54. fol. 159. Card. Zab. cons. 107. petitur quædam sententia col. 2.
11 Sexto facit, quia † filius siue in potestate, siue emancipatus, si fuerit institutus in vno nummo valebit testamentum, agiquè tantum poterit ad supplementum legitimæ. Cagno. in auth. ex causa sub nu. 3. C. de liber. præte. l. omnimodo, & l. quoniam in prioribus C. de in offic. testamen. Clar. in §. testamentum quæ-
12 stio. 38. vers. sed nunquid tota. Septimo, & vltimo facit quia † creditor non cogitur recipere partem debiti, etiam si defectus fuerit vnius numini l. tutorum §. Lucius ff. de vsur. l. Iulianus §. offerri ff. de action. empti. l. qui pignori ff. de pignor. gloss. & Doctor. in l. quidam extimauerunt, maximè Alexand. num. 7. & Iason. colum. 4. ff. si cert. petatur. Socin. regul. 75. Ioann. de Amic. consil. 55. num. 18. Bald. in l. acceptam nu. 11. in 6. opposit. C. de vsur.

ANNOTATIONES.

a *Eandem conclusionem, quòd census currat, etiam si depositum factum pro illius redemptione deficiat in vno nummo probant Foller. de censib. in ver. instrumento gratiæ num. 49. Milanens. decis. 18. nu. 31. lib. 2 Felician. in nouiss. addit. ad tract. de censib. lib. 4. c. vnico nu. 3. Addent. ad Petr. de Greg. de censib. quæst. 5. nu. 287. Quæ vera est, etiã si omissio vnius nummi processerit ex errore calculi. nam, licet error calculi excuset respectu pœnæ, non tamen prodest adhoc, vt emptor teneatur retrouendere. & sic essent interusuria, vt declarat Tiraquell. de retract. conuent. §. 4. gloss. 6. nu. 30. & in terminis nostris scribunt Milanens. d. decis. 18. nu. 33. Felician. d. nu. 3. quamuis contrarium senserit Foller. d. nu. 49. ad fin.*

Marcell. Conuersanus I.C.

QVAE

QVAESTIO LXXVI.

Depositum refutatum si pereat, cuius periculo pereat, emptoris, an venditoris?

SVMMARIVM.

1 Depositum factum per venditorem census, si pereat cuius periculo pereat.

1 SIt depositum integrum congruo loco, & tẽpore, & iuxta cunsuetudinem loci factum refutatum per emptorẽ census, pereat cuius periculo pereat. Et concludimus, quòd periculo emptoris perit, si ex euentu litis constabit sine iusta causa fuisse refutatum l. qui decem in princ. vbi Bart. & l. creditor oblatam, vbi etiam Bar. ff. de solu. l. 1. C. de suscept. & arcar. lib. 10. gloss. 1. in l. acceptam, vbi Bart. col. 2. Bal. col. 1. & Paul. de Castro etiam col. 1. C. de vsur. Bal. in l. 1. in fine C. de nouatio. facit text. in l. vlt. ad finem, & ibi Bald. C. de comm. ser. manum. Paul de Castr. in l qui Romæ in princ. ff. de verb. obliga. Abb. cons. 56. col. 1. in prin. lib. 1. Dec. cons. 543. col. vlt. sub nu. 21. lib. 4. & cons. 668. lib. 5. Tiraq. de retr. conu. §. 4. glo. 6. nu. 34.

ANNOTATIONES.

a *Idem in terminis depositi facti pro redimendo censu scribunt Foller. de censib. in ver. instrumento gratia nu. 50. Ioan. Bapt. Lup. in l. 2. num. 103. C. de pact. int. empt. & vend. Felician. in nouiss. addit. ad tract. de censib. lib. 4. c. vn. num. 6.*

Marcell. Conuersanus I. C.

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO LXXVII.

Depositum iudiciale apud quem fieri debeat, vt dicatur legitime factum.

SVMMARIVM.

1 *Depositum iudiciale apud quem fieri debeat, vt dicatur legitime factum.*

2 *Depositi iudicialis requisita.*

1 APud quem † debeat fieri depositum iudiciale, vt dicatur legitimè factum? Respondemus, quòd fieri debet apud eum, apud quem iudex super hac re

2 aditus deponi dispofuerit. a Auall. conf. 63. nu.3. & 32. vol.2. l. accceptam in tex. ibi *competens iudex* vbi magis communiter scribentes C. de vsur. Alex. conf. 75. nu.7.

2 lib.7. Curt. Iun. conf. 26. sub nu. 1. vbi † enumerat alia requisita, videlicet, vt totum debitum deponatur, vt actualiter pecunia numeretur, & vt fiat parte citata, vel præsente Bal. in l. si reus paratus sub nu. 1. vers. iuxta hoc ff. de procurat. Tiraq. de retr. conuent. §.4. glo.7. nu.11.

ANNOTATIONES.

a *Adde, quòd venditor volens deponere iudicialiter iudicem proprium, adire debet, non iudicem emptoris, vt scribunt Bald. in l. acceptam nu.24. C. de vsur. Alex. conf. 103. num.4. lib.5. Cagnol. in l.2. num.113. & ibid. Ioan. Bapt. Lup. num.114. C. de pact. inter empt. & vendit. Caroc. de depos. p.2 quæst. 86. Felician. in nouiss. addit. ad tract. de censib. lib. 4. cap. vn. num.3. in fin.*

Marcell. Conuersanus I.C.

Digitized by Google

QVAESTIO LXXVIII.

Vtrum depositum conditionale dicatur perfectum, & legitimum.

SVMMARIVM.

1 *Depositum conditionale vtrum dicatur perfectum, & legitimum.*
2 *Venditio conditionalis non dicitur perfecta venditio.*
3 *Debitum conditionale non dicitur debitum: quod si soluatur per errorem pendente conditione repetitur. & nu. 4.*
5 *Consensus conditionalis nullus est donec conditio existat.*
6 *Statutum dictans, vt soluatur Gabella ex contractu, vel legato, non debebitur ex contractibus, vel legatis conditionalibus.*
7 *Emptor pendente conditione non vsucapit.*
8 *Sponsalia conditionalia non inducunt impedimentum publicæ honestatis.*
9 *Ius offerendi deponendi, & consignandi non habet locum pendente conditione.*
10 *Creditor conditionalis non dicitur proprie creditor.*
11 *Debitor conditionalis non dicitur proprie debitor.*
12 *Legatum, aut fideicommissum cõditionale non transmittitur ad hæredes, etiam suos pendente conditione.*
13 *Depositum habens conditiones, quæ tacitè insunt non dicitur illegitimum.*
14 *Conditiones, quæ tacite insunt non reddunt actum conditionalem.*

1 VTrum † depositum conditionale dicatur perfectum, & legitimum. Et concludimus, quod non Bart. in l. si soluturus in fine ff. de solut. & expressius Alex. cons. 26. col. fin. lib. 6. Hen. de Med. Blasc. Lãc. Iac. Rub. & magis communiter
2 scribentes hic. nec mirũ, cum † venditio conditionalis non dicatur perfecta venditio l. hæc venditio in princ. ff. de contrah. emp.
3 l. bouem §. si sub conditione ff. de ædil. ed. & † debitum conditionale non dicitur debitum l. in stipulatione, & l. plerumquè ff. de
4 iure dot. Alber. in l. 2. §. 1. nu. 19. ff. si cert. pet. Quod † si soluatur per errorem pendente conditione repetitur l. sub conditione ff. de cond.

5 cond.ind.& argu.l.sufficit ff.eod.& † consensus conditionalis nullus est donec conditio existat l.non solum ff.de act.& oblig. l. qui
6 promisit ff. de cond. l. cedere diem ff. de verb. significatio Et † stante statuto, vt soluatur Gabella ex contractu, vel legato, non debebitur ex contractibus, vel legatis conditionalibus. Bar.in l. cum Titio ff.ad l.Falcid.Bal.in l.in annualibus C. de legat. Socc.
7 in l.1.colum.2.vers.ex quibus infertur ff.de vulg.& pupill. Nec † emptor pendente conditione vsucapit l.necessario in princ ff de peric.& com rei vend.l.2 §. si sub conditione ff.pro emptore Nec
8 † ex sponsalibus conditionalibus inducitur publicæ honestatis iustitiæ impedimentum cap.1.vbi gloss.& Doct.de spons.lib.6.gl.
9 fin.circa finem cap.cum plures de offic.delega. lib. 6. Nec † pendente conditione ius offerendi deponendi, & consignandi locum habebit Bal.in l.acceptã col.vlt.23.quæst.C.de vsur.facit l.stipu-
10 latio ista §.inter certam ff.de verb.obligat. Nec † creditor conditionalis dicitur propriè creditor Iaco But. Alber. Salic. Roma. Alex Fran.Aret.Decius & Cagn.in l.1.ff.si cert.petat.Bertra. cõs.88.nu.9.lib.4. Ripa lib.2.Respons.cap.29.nu.7.Nec è contra
11 † debitor conditionalis dicitur propriè debitor Aret.cons.198. colum.2.vers.secundo principaliter Dyn.in l.is cui ff.de actio.& oblig. Alber.in l. creditoris ad finem ff. de verb. signific.l.si quis sub conditione ff.si quis ommissa causa test.Alexan.in l. si seruus
12 §.1.col.vlt ff.si quis cautio. Nec † legatum, aut fideicommissum conditionale transmittitur ad hæredes, etiam suos ante impletam cõditionem l.1.§.sin autem aliquid sub conditione,vbi Cor. C.de cad.tollen.l.si ita legatum §.1.ff de leg.1.l. hæres meus inprinc.& l.si ita expressum, vbi Bal ff.de cond.& demon. l. si cum hæres & l.sequ.ff.quand.dies leg ced.l.si in personam iuncta glo. in ver.vtiliter, vbi Bal col.1 vers.quæro vtrum fideicommissum C.de fideicomm.l.in causæ la 2.§.Pomponius, & ibi Bal.ff de minor.l hæredes mei §.cum ita, & ibi glo.in verbo suscepisset ff.ad Trebell l qui liberis §.hæc verba, & l. si plures in princ. & l. qui plures, & l.Lucius §.vlt.ff de vul & pup subst.l.totiens ff de acqu. hæred.l.si ex pluribus ff de suis & legit.hæred.l. si cui legetur §.
13 1.vbi Bald.& Flor.ff.de leg. 1. Restringe † principalem conclusionem, vt non procedat quando conditiones adiectæ in deposito
a tacitè inessent, verbi gratia,quia fuisset dictum, vt non recipiatur pecunia, nisi de mandato iudicis, vel facta legitima cautela,

 &ad

Digitized by Google

& ad complimentum omnium annorum præteritorum, vel facta iurium cesſione in caſibus à iure permiſſis quorum aliquos ad-
14 duximus hoc in lib. quæſt. 41. † quia tunc, etiam ſi in depoſito fuiſſent expreſſæ non reddunt ipſum depoſitum cōditionale, & illegitimum l. conditiones extrinſecæ ff. de conditio. & demonſtr. l. aliquando ff. eo. l. cum illud §. 1. in fine ff. quan. dies leg. ced. l 3. ff. de leg. 1. cap. ſignificaſti, vbi gloſſ extrà de electio. cap. 2. vbi Abb. extra de ſponſalib. gloſ. & Docto. in capit. ad audientiam *il* 2. extrà de reſcript. capit. 2. de elect. lib. 6.

ANNOTATIONES.

2 *Adde Foller. de cenſib. in ver. inſtrumento gratiæ nu. 52. late D. Garſ. Maſtrill. in addit. ad Petr. de Greg. de cenſib. q. 5. nu. 291.*

Marcell. Conuerſanus I.C.

QVAESTIO LXXIX.

Vtrum ruſtico, & mulieri non deponenti legitimè ſubueniatur.

SVMMARIVM.

1 *Ruſtico aut mulieri non deponenti legitime vtrum ſubueniatur.*
2 *Ruſtico aut mulieri ſubuenitur dumtaxat in caſibus expreſſis à glo. in l. fi. C. de iuris & facti ignor.*
3 *Formæ ommiſſio mulieres, & ruſticos non excuſat.*
4 *Ruſticus vel mulier etiam ſi tractaret de damno euitando non excuſatur in his, quæ ſunt introducta ad iuris rigorem conſeruandum.*
5 *Ruſtici debent ire ad ciuitates proximas pro conſilijs, ſicut vadunt ad nemora pro lignis.*
6 *Ruſtici & mulieres non conſulentes peritiores contra naturam committunt.*
7 *Peccantibus contra naturam non eſt parcendum.*

Vtrum

1 VTrum rustico, aut mulieri non deponenti legitimè subueniatur, vt propter eius ignorantiam, & rusticitatem à die facti depositi non legitimi cursus censualium im-
2 peditus intelligatur, Et concludimus quod non a secundum dominum auum meum hic, & Iason.in l.2.num.183.C.de iure emphyt.And.Tiraqu.de retr.conuent.§.4.glo.7.nu.15.Confirmatur
2 hæc conclusio, quia † mulieri, & rustico subuenitur dumtaxat in casibus expressis à glo.in l.fin.C.de iur.& fact.igno.& in l.fin. vbi Alber.& alij ff.de cond.sine causa Imol.in capitul.2.nu.20. extrà de constitu, & iste casus non est de illis, ergo &c. vt in in simili arguit Ias.in l.1.num. 7.in fine C.de procurator. Prætereà confirmatur,quia requisita substantialia legitimi depositi (quorum hoc in eodem libro aliqua tetigimus) videntur data à iure
3 scripto pro forma,& formæ omissio mulieres, & rusticos non excusat.l.vlt.C.de testam.iuncta gloss.in l.ambiguitates eo.tit.Bal. in l.vlt. in prin.col. 3. C.de iure deliber.Barb.cons.56.col.8.vers. etsi quispiam libro 2.Alex.cons. 7.nu. 21.vol.7. Nec in his excu-
4 santur,† quę fuerint introducta ad iuris rigorem conseruandum, etiam si mulier, vel rusticus tractaret de damno euitando Alex. cons.165. num. 6. in fine lib.6.glo. magistra in l.iuris ignorantia la 2.ff.de iur.& fact.igno.glo.in Summa dist.38.glo. magna circa finem cap.turbatur §.notandum 1.quæstio. 4.Vlterius quia,sicut
5 rustici vadunt ad nemora pro lignis, ita debent ad ciuitates proximas ire pro consilijs Bald.Salyc.& Rom.in l.iuris ignorantia C. qui adm. facit l. Diuus ff. de tutor. & curat.dat. ab his, & l.1.§.si quando ff.de magistr.conuen. Anton.in cap.2.de constitu.
6 & † contra naturam est non consulere peritiores,quorum doctrina mens imperitorum,& rusticorum illuminatur Bal. in cap. vlt. col.3.vers. item non patrocinatur de confess. l. si auiam in fine C.
7 de ingen.manum.vndè eis† non parcendum,qui contra naturam peccauerunt l.2.vbi glo.& Doct.C.de in ius vocan.glo.in l.respiciunt §.delinquunt,vbi Bar.ff.de pœn. Dyn.in cap. ignorātia col. pęn.de reg.iur.lib.6.Alber.in l.vtili C.de defen. ciuitat. Bald. in l.in actionibus §.planè col.pęnult.ff.de in lit.iuran. Abb. in cap. super literis col.6.extra de rescr.Card.Floren.in clem.1.in quęst. de consanguin. & affin.

AN-

Digitized by Google

ANNOTATIONES.

2 *Contrarium tenent Foller. de censib. in ver. instrumento gratia nu. 53. Sfort. Oddo referens ita consuluisse de rest. in integr. par. 2. quaest. 89. art. 1. nu. 14. Caroc. de depos. p. 2. quaest. 13.*

Marcell. Conuersanus I.C.

QVAESTIO LXXX.

Vtrum depositum iudiciale possit repeti der deponentem.

SVMMARIVM.

1 *Depositum iudiciale vtrum possit repeti per deponentem. & nu. 3.*
2 *Depositum extraiudiciale potest repeti per deponentem antequam ille pro quo est factum declarauerit velle recipere depositũ & nu. 8.*
4 *Depositum parti notificatum est effectum commune.*
5 *Ius alterius sine facto eius auferri non potest.*
6 *Depositum iudiciale repetitur si fuerit refutatum per emptorem census, cum iudicis tamen mandato, & non aliter. & nu. 7.*

1 VTrum † depositum iudiciale possit repeti per deponen-
a tem *a*. † Et videtur quòd sic ante quàm emptor census
2 declarauerit velle recipere depositum. Bart. in l. accep-
tam nu. 5. C. de vsur. Bald. in l. fin. C. de comm. seruo manum. nu. 4. & in dicta l. acceptã nu. 5. per illum tex. in verbo *receperit*, vbi etiã Ang. sub nu. 4. in 4. not. Contrariã sententiã in themate
3 proposito iudicamus veriorem, vt † deponens non possit repetere depositum iudiciale ob id solum, quòd emptor cẽsus, vel alius citatus illud non receperit. Roman. cons. 287. incip. in proposita consultatione. Tiraquel. de retr. conuent. §. 4. gloss. x. nu 2. in fi-
4 ne. Quicquid dicat. Salic. in l. 1. C. qui potior. in pign. habeãt. † & potest esse ratio, quia per citationem factam iudicis auctoritate depositum fuit effectum commune. argum. eorum, quę de rescripto præsentato parte citata notantur. ab Host. Ioann. Andr. & Do-
ctor.

Digitized by Google

5 ctor in cap ex conquęstione extra de restit. spoliat. Quo casu † sine facto emptoris, vel alterius citati auferri non posset l. id quod nostrum ff. de regul. iur. l. quodcunque §. si quis ita ff. de verb. oblig. l. si vnus §. ante omnia, & l. fin. ff. de pact. l cum maritus §. fin. ff. de iure dot. l. non debet alteri ff. de reg. iur. l. 3. & 4 ff quib. mod. pign. solua. l. bouem §. pignus ff. de ædil edict. gloss. in l. si ex duobus §. sed & Marcellus ff. de in diem adiect. Bart. in l. in concedendo, & in l. sequ. ff. de aqu. pluu. arcen. Paul. de Castr. cons. 74. nu 2. volum. 2. Ruin. cons. 3. nu. 6. & 7. vol. 1. Curt. sen.
6 cons. 71. nu. 5. 6. & 7. nisi † ipse emptor, vel alius citatus expresse refutauerit depositum, seu iuri suo renunciauerit, quia tunc repetitur à deponente. Foller. hic titu. instrum. grat. sub num. 54. vers. nam licet à princ. argumen. l. si quis in conscribendo C. de pact. & not. per Imol. in cap. interposita §. ille denique de appell.
7 & tunc iudicis, mandato, & non aliter. Paul. de Castro in dicta l.
8 acceptam sub nu. 3. vers. aduertè. Et doctrinæ in contrarium allegatæ procedunt in deposito extraiudiciali secundum Alex. in add. ad Bart. in dicta l. acceptam nu. 5. C. de vsur.

ANNOTATIONES.

a *Vide late Felician. in nouiss. addit. ad tract. de censib. lib. 4. cap. vn. nu. 4. Et an in casibus, in quibus deponens potest depositum repetere, per repetitionem videatur renunciare iuri redimendi, vide Tiraquel. de retr. conuent. §. 4. glos. 10. Foller. de censib. in ver. instrumento gratia nu. 57. Caroc. de depos. par. 3. quæst. 58. Felician. d. cap. vn. num. 5.*

Marcell. Conuersanus I.C.

QVAESTIO LXXXI.

Vtrum minor posit vendere, vel constituere annuum censum sine decreto iudicis, vel alijs sollennitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Minor vtrum possit vendere, vel constituere annuum censum bullarem sine decreto Iudicis, vel alijs sollemnitatibus. & nu. 2.*

3 *An-*

ANNOTATIONES.

a *Vide quæ scripsi in annot. ad quæst. 36. litt. B.*

b *Adde ad id, quod census constitui non possit à minore sine decreto iudicis, alijsq. sollemnitatibus, quæ de iure requiruntur in alienatione bonorum immobilium, Foller. de censib. in ver. huiusmodi censu alia nu. 38. Paris. cons. 85. nu 9. lib. 3. Rodoan. de reb. Eccl. non alien. rubr 16. de constit. ann. redit. nu. 31. & 32. Valasc. de iure emphyt. quæst. 15. nu. 5. in fin. Simoncell. de decret. tit. 6. nu. 33. Paul. Mont. de tutel. c. 33. nu. 124. eund. Intrigl. decis. 5 nu. 26. late Anton. de Ball. ad Pragm. regis Alphon. de censib. quæst. 30. Quod verum est, etiam si minor censum vendiderit sub leuiori vsura, puta ad rationem octo, vel nouem pro centenario. vt scribunt Paul. Montan d. c. 33. nu. 126. Roder. de ann. redit. lib. 2 quæst. 14. nu. 11. Et, etiam si creditor probet pecuniam versam in vtilitatem minoris, non enim propterea contractus valebit l. non solum l. vtere, & l si prædium C. de præd. minor. Quamuis hoc casu teneatur minor sortem restituere: nisi ea possit compensari cum redditibus exactis, vt expressim probant iura præalle. & in terminis tradit Felician. de censib. lib. 2. c. 2. nu. 11. vers. rursus infero. Immo, si precium fuisset conuersum in extinctionem alterius reditus legitimi, aut alterius debiti producentis vsuras, teneretur etiam ad vsuras medij temporis, quæ alias deberentur, vt habetur in d. l. vtere & d. l. si prædium. & in l. si fundus §. vlt. ff. de reb. eor. Ex quo fit, vt minori, qui sortem conuertit in redemptionem alterius reditus, ex quo pendebantur grauiores vsuræ vtilius sit stare contractui, quàm ab illo recedere. cuius vtilitatis ratione dici potest ligari eum causatiue ex huiusmodi contractu: & secundum hoc defendi potest, quod scribit Roder. d quæst. 14. num. 14. & seqq. valere in hoc casu reditus constitutionem factam à minore sine decreto.*

Marcell. Conuersanus. I.C.

QVÆSTIO LXXXII.

Vtrum valeat pactũ quod in casu quo bona subiugata inuenirẽtur alicui antea obnoxia liceat emptori executionẽ exercere contra venditorẽ eiusq. bona pro capitali interusuris, & interesse.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Pactum, quod in casu quo bona subiugata reperirentur donata restitutioni subiecta, vel alij obnoxia liceat emptori executionem exercere contra venditorem eiusq. bona vtrum valeat. Et an post causatam executionem pro capiali stante pacto prædicto currant censualia. nu. 3.*

2 *Contractus bullaris est emptionis, & venditionis.*

4 *Censualia non currunt post impetratam licentiam à Principe per emptorem de petenda sorte principali.*

1 VTrum valeat † pactum, quod in casu, quo bona subiugata ad annuum censum reperirentur alteri antea subiugata, donata, hypotecata, vel restitutioni subiecta, quòd liceat emptori exequutionem exercere contra venditorem, & eius bona pro capitali soluto, annualitatibus, & interesse damnis, & expensis omnibus. Et dicimus, quòd sic a per tex. Bullæ Papæ Nicolai ibi *cum opportuna contrahentium securitate tuitione, & indemnitate, &c.* Foller. hic. tit. nihil vltra percipiatur ab emptore nu. 30. Hen. de Med. Franc. Prouinz. & communiter scribentes facit l. iam tamen §. in hac stipulatione, vbi Bar. & Doct. ff. iud. sol. l. ex parte, vbi Florian. ff famil. hercisc. Affl. decis. 399. sub nu. 2. l. non dubitatur C. de euictio. l. emptorem §. vlt vbi Doct. ff. de actio. em. Tiraq. de retr. lign. §. 12. glo. 1. nu. 10. & seq. Dec. cons. 484. nu. 15. & 18. vol. 4. l. cum quis & l. si aliam in fine, vbi Bart. ff.

2 de solutio. His tamen iuncto, quòd iste contractus † bullaris est emptionis, & venditionis, vt aliàs per plura firmauimus, & sentit Couarr. var. resol. lib. 3. cap. 7. nu. 2. in fine vers. tertia prioris sententiæ cū seq. fol. 811. dum sæpe sæpius de emptione, & venditione horum redituum mentionem facit. Sed hinc oritur difficultas, si stante pacto prædicto inueniretur verè alia subiugatio

3 donatio, hypoteca, vel fideicommissum ob quod † ex pacto fuerit causata executio pro capitali, & interusurijs si emptor ab ea desistat, vtrum post causatam exequutionem currerent annualitates,

b & videtur quod non, b quia, vt contractus Bullæ sit permissus, inter alia requiritur, vt sors sit demortua, vt in text. Bullæ Papæ Nicolai ibi *quam mortua nuncupantur, &c.* Abb. in cap. in ciuitate

te num. 8. extra de vsur. & quod emptor non habeat facultatem petendi quandocunque sortem principalem (prout hoc in casu habet virtute pacti huius verificati) quam facultatem si fortè haberent non currerent annualitates, vt est singularis doctrina, & vsu Forensi obseruata Petri de Greg. hic vers. sexto requi-
4 ritur circa mediũ vers. eo enim casu, vbi dicit, quod si † emptor impetrauerit licentiam à Principe vt possit sortem principalem petere, & cum alijs creditoribus concurrere post habitam di-
c ctam licentiam non currunt annualitates, c cogita tamen in hac difficultate.

ANNOTATIONES.

a *Adde Anton. de Ball ad prag. Regis Alphon. de censib. quaest. 17. num. 11. late D. Gars. Mastrill. decis. 95. & in addit. ad Petr. de Gregor. de censib. quaest. 5. num. 240 Contrarium tamen, quòd huiusmodi pactum non valeat, nisi ita fiat, vt in casu, quo bona reperirentur alteri hypothecata, vel fideicommisso subiecta, liceat emptori reditus agere ad summam sortis ad effectum emendi tot praedia, vel reditus securos ad nomen ipsius debitoris, qui stare debeant hypothecati pro tuitione, ac faciliori exactione census venditi, voluit Milanens. decis. 3. nu. 122. lib. 2. quem refert, ac sequitur idem Intrigl. sibi contrarius singul. 16. num. 5. lib. 2. Quod, etsi negare non possim cautius, ac tutius esse, non tamen puto omnino necessarium ita, vt si actum sit, quòd simpliciter agi possit ad repetitionem sortis, pactum non valeat, in hoc potissimum Regno, in quo ex Bulla Nicolai V. expresse admittuntur qualibet pacta poenalia, quae tendunt ad maiorem securitatem, ac faciliorem exactionem census, Nec obstat, quòd precium census debeat manere perpetuo alienatum, nec vnquam repeti possit ab emptore: id enim verum est, nisi repetitio procedat ex dolo, vel culpa ipsius venditoris, vt declarat Gabr. consil. 152 numero 5. lib. 2. qui propterea infert, valere pactum, quòd si emptor sit in mora soluendi censum, liceat venditori sortem repetere: quod voluerunt quoq; Ioan. de Olan. in concord. antinom. iur. comm. & regij litt. A num. 112. Molin. de contract. disp. 391. in fin. Feder. Martin. de iure cens. cap. 6. nu. 272. Intrig. referens ita iudicatum in Magna Curia singul. 159. lib. 2. D. Gars. Mastrill. d. decis. 95. num. 4 quamuis*

Digitized by Google

contrarium scripserint Boccac. de censib. par. 2 nu. 3. Felicia. in simili tract. lib. 1 cap. 10. num. 18. Gutier. pract. qq. lib. 2. quaest. 175. Roder de ann. redit. lib. 2. quaest. 1. num. 5.

b *Idem tenuit Intrigl sing. 159. nu. 3. lib. 2. Nec dissensit Milanens. decis. 2. nu. 93 lib. 2. etsi aliud putet in terminis pacti, quòd possit agi ad summam sortis ad effectum emendi tot praedia, vel reditus.*

c *Eiusdem doctrinae Petri de Gregor. meminit Intrigl. supra quaest. 43. num. 10.*

Marcellus Conuersanus I.C.

QVAESTIO LXXXIII.

Vtrum ab vncia infra pro debito censuali possit quis carcerari.

SVMMARIVM.

1 *Executio personalis vtrum fieri possit ab vncia infrà pro censu.*
2 *Statutum vnum secundum aliud restringitur, & limitatur.*
3 *Statuta statutis sicut leges legibus concordare expedit, potiùs quàm vt vnum alterum corrigat.*
4 *Priuilegia non sunt cumulanda, nec amplianda, nec ad alios casus trahenda. & nu. 5.*
6 *Dos dicitur tantum priuilegiata in casibus expressis, & non in alijs.*
7 *Capitulum Regni Regis Caroli 78. tit. de contractibus non celebra. cum mino. 18. ann. etiam cum iuramento. &c. comprehendit contractum dotis.*
8 *Fiscus est priuilegiatus quatenus expressim reperitur.*

1 VTrum † possit fieri exequutio personalis pro debito censuali, ab vncia infra, stantibus alijs priuilegijs concessis exequutioni Bullaris contractus. Et concludimus, quod
2 non, quia Pragmatica † Regis Alphonsi debet restringi & limitari secundum aliud statutum Ritus 30. incip. item quod ab vncia infra, Hyppol. singul. 293. circa medium Petr. de Anchar. in cap. canonum statuta colum. 79. vers. hic etiam quaero. extra de constitutio. l. non est nouum cum duabus ll. sequ. ff. de ll Barto. in extrauaganti ad reprimendum in vers. non obstantibus Bald. in

l. om-

l.omnes populi col. 8 vers. modo quæro vtrum ff. de iust.& iure, & in cap.1 col.1.extra de præscrip. Ias.in l. si quis ex argentarijs §.si initium in 4.not.ff.de eden.& in l.triticum super glo. 2. ff de verbor.obligationibus Fran.Ripa libr. 1. respon. capit. 3. nume. 24.Tiraquell de retr lign.§. 15.glos.2. sub nu. 21 † statuta enim
3 statutis sicut leges legibus concordare expedit capit. cum expediat in princip.de electio. libr 6 lege 1 C. de in offic. dot. Tiraquel. de retractat. lign. §. 1. gloss. 10. num. 12. in fine potius quàm, vt vnum alterum corrigat gloss. in l. sciendum in princ. in 2.quæstio.vbi Bart.in princ.& alij ff.qui satisd. cogan. Tiraq. in dicto §. 15. glo. 2. num. 21. in fine. Nec obstabunt priuilegia
4 præfatæ exquutioni concessa, quia † ea non sunt amplianda,nec ad alios casus trahenda l. quod verò, & l. ius singulare ff. de ll. Alex.in l.si pecuniam col 1.C.de negot gest.Tiraq. de retr. lign.
5 §.1.glo.14.nu.97.& seq.absurdum enim esset † ex certo numero priuilegiorum ad immensum cumulum deuenire Tiraqu.vbi su-
6 pra nu.105 in fine. Hinc est, quòd † dos dicitur tantum priuilegiata in casibus expressis, & non in alijs. Tiraqu.vbi supra num. 96.& 99. Bald.cons 172.lib. 2.& expressius cons. 7. in fine libr. 3. Petr.de Anch cõs.94.Paul.de Cast cons.468 vol.1.Bal.in l.omnes populi sub n.59.vers.item nota quod generale statutum ff.de iust.
7 & iure † per quæ maximè consultus respondi cap. Regni Regis Char.76.tit.de contract.non celebr cum minor. 18. annis, etiam cum iuramento sine author.curat. vel iudicis fol. 249. secundum
b antiquam impressionem, comprehendere contractum dotis *b* vt
8 in meo cons. 28. vol. 1. & † similiter fiscus est priuilegiatus quatenus expressim reperitur gloss. in verbo publica l. item veniunt §.in priuatorum ff.de petit.hæred. Rapha.Fulgos.cons. 127. col. 2.Tiraq.vbi supra num.100.in fine.

ANNOTATIONES.

a *Intrigliol. hic refert, & sequitur Mar. Muta in cap. Rit. 125. num. 1.*

b *Adde eund. Intrigl.singul.105.lib.5.*

Marcell.Conuersanus.I.C.

QVAE-

QVAESTIO LXXXIV.

Census Bullaris qualiter diuidendus inter hæredes vsufru-ctuarij, & proprietarium.

SVMMARIVM.

1 *Census Bullaris mortuo vsufructuario ante diem solutionis pertinet ad proprietarium limit nu. 34 & 5.*

2 *Fructus percepti, vel à solo separati pertinent ad hæredes vsufructuarij, pendentes verò, etiam proximi perceptioni, spectabunt ad propriarium.*

3 *Census bullaris ad rationem octo, vel minus pro centenario solui tertiatim permittitur.*

Stante censu bullari debendo quolibet anno in fine mensis Augusti, cuius proprietas sit vnius, vsufructus autem alterius, mortuo vsufructuario in mense Iulij, antequàm censum perciperet, vtrum integer spectet ad proprietarium,
1 vel debeat diuidi pro rata inter ipsum proprietarium, & hæredem vsufructuarij. Et † concludimus integrum censum ad pro-
2 prietarium spectare, a Nam, † si fructuarius moriatur, fructus
a percepti, vel à solo separati pertinent ad hæredes fructuarij; pendentes verò, etiam proximi perceptioni, spectabunt integri ad proprietarium l. si vsufructuarius, vbi Bar. & Alber. ff. quib. mod. vsufruct. amitt. l. in singulos in fine ff. de ann. lega. Bald. in cap. sicut col. 2. vers. quid de fructibus extrà de cohab. cler. & mul. est cõmunis opinio, quam refert, & sequitur Tiraq. de retr. conuent. §. 5. glo. 3. nu. 1. Ang. in l. ex diuerso sub num. 2. ff. de rei vend. qui dicit hanc opinionem esse sequutam ab omnibus modernioribus, eamque practicari pluries fecisse eo patrocinante. Alber. in l. si fur in vlt. not. vbi dicit communem opinionem ff. de vsufruct. eamque etiam dicit communem Couarr. lib. 1. resolut. cap. 15. sub num. 12. At fructus census præfati, seu annualitates non fuerunt percepti; sed remanserunt pendentes, quamuis proximi perceptioni, ergo spectabunt ad proprietarium. Limita primo nostram conclusionem, vt procedat in meris terminis propositi thematis, videlicet in censu debito in fine cuiuslibet anni;

secus

Digitized by Google

3 secus verò si † census tertiatim deberetur ad rationem octo, vel minus pro centenario, quod permittitur secundum bullam, vt recolimus dixisse hoc in eodem libro, quia tunc tertij maturati, etsi non percepti ad hæredes vsufructuarij spectabunt: pendentes verò integri ad proprietarium secundum ingeniosissimum genitorem meum hic. Limita secundo, vt non procedat dicta
4 conclusio † in censu, seu pensione debita ratione fructuum, & respectiuè ad ipsos fructus, quia tunc considerabitur tempus collectionis fructuum; non autem tempus debitæ pensionis. verbi gratia colliguntur fructus in mense Iulij, pensio verò debetur in fine Augusti, si moritur vsufructuarius in mense Iulij, collectis fructibus, transmittet integram pensionem debendam in fine Augusti ad hæredes, nihilque acquiretur proprietario, est text. ad literam in l. defuncta, vbi Bal. in summario ff. de vsufruct. Ancha-
5 ran. consil. 193. Limita tertio, & vltimo, † vt non procedat in censu debito ob recognitionem dominij, quem vulgò perpetuum vocant, is enim, cum soluatur in principio anni, mortuo vsufructuario erit diuidendus pro rata temporis inter eius hæredes, & proprietarium. secundum Dom. Francisc. Prouinz. hic qui allegat Bal. in cap. cum M. Ferrariensis col. 2. vers. nota quòd nomen fructuum extra de constit.

ANNOTATIONES.

2 *Contrariam opinionem puto veriorem, quòd census in hoc casu diuidendus sit inter proprietarium, & hæredem vsufructuarij. Nam quod dicitur, fructus pendentes, etiam proximos recollectioni, extincto vsufructu, pertinere ad proprietarium, procedit in fructibus, qui ex re percipiuntur certo anni tempore, vt sunt frumenta, vina, oleũ, & similia: Secus verò est in his, qui quolibet die dicuntur esse in fructu. quales sunt annui reditus, pensiones domorum, molendinorum, & similium; hi enim diuiduntur inter proprietarium, & vsufructuarium, vel eius hæredem pro rata temporis, vt scribunt Alber. in l. defuncta num. 3 in fin. ff. de vsufr. Caroc. de locat. p. 2. tit. de vsufr. q. 23. num. 7. fol 85. Hond. cons. 85. nu. 31. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 49. num. 99. & 100. Ioan. Castill de vsufr. c. 77. nu. 25.*

Marcell. Conuersanus I C.

QVAE-

QVAESTIO LXXXV.

Identitas rei subiugatæ secundum formam Bullæ qualiter probetur.

SVMMARIVM.

1 *Identitas rei subiugatæ qualiter probabitur.*
2 *Identitas rei subiugatæ probatur expressione nominis cum duobus saltim confinibus.*
3 *Confines duo probant identitatem rei etiam quod tertius expressus reperiatur falsus.*
4 *Quicquid adijcitur vltra necessarias demostrationes, frustra est, & non vitiat.*
5 *Confines duo probant identitatem rei, nisi alij duo expressi, fuerint reperti falsi, & alteri rei conuenientes & nu. 9.*
6 *Probationes ambiguæ faciunt succumbere actorem.*
7 *Identitas, & pluralitas rerum debet probari ab eo, qui eam allegat, & in ea se fundat.*
8 *Præsumptio vna aliam elidit.*
10 *Identitas rei probatur duobus confinibus, etiam quod eius forma appareat mutata.*
11 *Mutatio præsumitur in his, quæ tempore mutantur.*
12 *Identitas rei subiugatæ nominis insignis, & singularis probatur absque confinibus, alijsq. demonstrationibus sola nominis expressione.*
13 *Possessor rei subiugatæ cogitur renouare confines, temporis antiquitate mutatos.*

1 IDentitas rei † subiugatæ secundum formam Bul-
2 læ qualiter probetur. Et dico quod probatur † per
3 expressionē nominis cum duobus saltim confinibus l. forma, vbi Bar. & glo. in verbo vicinos ff. de censib. Bar. in l. demonstratio nu. 14. ff. de cond. & demonstr. Auall. consi. 67. num. 4. 13. in fine & 15. vbi refert communem opinionem vol. 2. Alex. cons. 180. num. 8. lib. 6. & consil. 73. col. 1. vers. volunt ergo præfati Doctores vol. 3. & cons. 38 col. 1. vers.

vers.fortificati libr. 5. & consil. 183. sub nu. 19. vol. 6. Soc. sen. cons. 89. nu. 1. vol. 1. Ruin. cons. 50. num. 12. vol. 1. Alex cons. 112. col. 2. vers. nam in instrumento volum. 4. & cons. 153. vers. & primo in fine vol. 2. Ampliatur primum dicta conclusio, etiam quòd in instrumento bullari fuerint expressi tres confines, & vnus illorum
3 reperiretur falsus, quia identitas † ostensa duobus veris confinibus non vitiabitur illa falsa demonstratione Bartol. in l. demonstratio sub nu. 14. ff. de condit. & demonstrat. quicquid enim
4 adijcitur vltra † necessarias demonstrationes frustra est, & non vitiat l. 1. § fina ff. de dote prælег. l. 1. in princ. C. de rei vxo. actio.
5 secus verò, si † in instrumento fuissent expressi quatuor confines, quorum duo fuerint ostensi falsi, quia tunc vitiabitur identitas rei, vt in terminis voluit Alex. cons. 38 col. 2. vers. modo sic quotiescunque vol. 5. & cons. 73. col 2. vers plus dicit vol. 3. Addit. ad Paul. de Castro in l. in testamento ff. de cond. & dem Ruinus cons. 143. nu. 3 vol. . qui ita declarant & limitant Bart. in dicta l. de-
6 monstratio nu. 14. Tum quia † demonstrationes, seu probationes prædictæ redderentur pares, in ambiguo, quæ facient succumbere actorem allegantem identitatem, illamque probare necesse habentem cap. ex literis cap. in præsentia extrà de probatio. cap. inter dilectos in fine extra de fide instrum. Can. in cap. in ne-
7 stra extra de testib. l. 2. ff de probatio. ei enim † qui allegat identitatem, & in ea se fundat incumbit onus probandi, sicut è contra incumbit onus probandi ei qui, se fundat in pluralitate rerum Crauett. consil. 198. numero 4. volum. 1. Corn. consil.
8 144. colum. 3. circa finem volum. 4. Tum quia vna † præsumptio aliam eliderct leg. Diuus ff. de in integrum restitu. l. cum de indebito in princip. ff. de probation. l. mater, vbi Bald. & Salicet. C. de calumn. cap. quia verisimile cap. illud, & cap. literas de præsumpt. Tiraquell. de retract. lign. §. 4. glo. 1. nume. 10.
9 in fine. Quam tamen † limitationem intellige, quando illi duo confines falsi non conuenirent rei, de qua agitur, sed benè alteri, secus verò si non conuenirent rei de qua agitur, nec alteri, quia tunc non vitiabunt identitatem, Alexand. in l. si in nomine num. 2. in fine vers. quod intelligo verum C. de testament. qui ita intelligit Paul. de Castro. in dicta l. si in nomine num. 4. Secundo ampliatur dicta conclusio, etiam si res subiugata duobus confinibus
10 ostensa, in contractu subiugatorio appellaretur † laboratiua, vel

Digitized by Google

cultiua, & postea, effecta esset syluosa, vel quouis modo mutata à prima forma, quia per hoc non vitiatur rei identitas. Socin. sen.consil.198.nu.9.in fine vol.1.Auall.cons.67.n.16.vol.2. Nam
11 † in his, quæ mutantur tempore non sequitur, olim res erat talis, ergo & hodiè, sed potius præsumitur mutatio Bald. in l. ex persona C.de probatio Petr.de Anch.in reg.semel malus de reg.
12 iur.lib.6.Limitatur principalis conclusio † vt nō procedat, quando fuisset aliqua res subiugata nominis insignis, & singularis, quia tunc eius rei identitas sola nominis expressione absque confinibus, alijsque demonstrationibus probaretur, & si fuerint adiectæ, & falsæ non vitiabunt Bar. in l. demonstratio sub num. 16. vers. idem dico ff.de cond.demonstr.& in l.libellorum nu.5.ff.de accusatio.gloss.in verbo inditia l. hac consultissima, vbi Iaso. nu. nu.11.Alex.num.3.Paul.de Castro nu.6.Bart. nu.2.Corneus nu. 17.in fine, & Alber.nu.1.in fine C.qui testam.facer.poss.arg.opt.
13 l.2.ff.de liberis, & posthum. Sed vtrum † possessor rei subiugatæ cogi possit renouare confines rei censualis mutatos temporis
b antiquitate, & dicas, quòd sic b, vt voluit expressè add. ad Bart. num.5.in l. chirographis ff.de administ.tut.allegat Bal.in auth. quas ruinas col.2.C.de sacrosan eccl.Bar.in l.si quis ex argentarijs §.nec iterum n.3.ff.de eden. Bened.Bon.de cens.lib.1.art. 60. nu.92.in fine fol.157.

ANNOTATIONES.

a *Ad materiam huius quæstionis vide omnino Mascar. conclus. 874. vol. 2. Peregrin. de fideicommis. art. 44. num. 48. & seqq.*

b *Adde Burg. de laudim. par. 3. insp. 9. num. 2. Addent. ad Gregor. de censib. quæst. 5. nu. 231.*

QVAESTIO LXXXVI.

Vtrum contractus secundum formam Bullæ factus emptore absente, & notario pro eo stipulante valeat?

SVMMARIVM.

1 *Contractus bullaris factus, emptore absente, & notario pro eo stipulante, non valet limita num. 7.*

Con-

2 *Contractus bullaris est emptionis, & venditionis nu.3.*
4 *Contractus emptionis venditionis cum celebretur ad vtriusq; commodum non potest conferri arbitrio emptoris tantum.*
5 *Contractus Bullaris factus emptore absente, & notario pro eo stipulante non reconualescet, ex tunc sequuta ratificatione. Sed ex nunc in vim noui cotractus.*
6 *Substantialia contractus bullaris nō debent stare in suspenso, etiam etiam per momentum.*
8 *Notarius qui emerit censum bullarem nomine absentis, vti eius negotiorum gestor tenetur ei cedere iura.*

1 VTrum † contractus secundum formam Bullæ factus emptore absente, & notario pro eo stipulante valeat. Et
2 concludimus, quod non, Quia † contractus bullaris est emptionis, & venditionis vt in text. Bullæ Papæ Nicolai, ibi *vendendi*, *& emendi* & in text. ibi *pro consimili precio* quod † pro-
3 propriè, & strictè emptionem, & venditionem demonstrat glo. in l. cum dotem in verbo quis enim C. de iure dot Iasf. in l. 1. nu. 23. C. de iure emphyt. l. vlt. vbi glo. C. de præd. curial. lib. 10. Tiraqu.
4 de retr. ligna. §. 1. gloss. 2. num. 1. At † contractus emptionis, & venditionis, cum celebretur ad vtriusque commodum, & incommodum, non potest conferri arbitrio emptoris tan-
a tum, vt sit in eius facultate ratificare contractum, vel non *a* Bar. in l. Pomponius num. 4. versf. si enim ad commodum ff. de negot.
5 gest. l. in vendentis C de cotrah. empt. Nec reconualescent † con-
b tractus prædictus ex tunc sequuta ratificatione, sed ex nunc *b* in vim noui contractus Bal. in dicta l. in vendentis in vlt. quæstio. & Salyc. in l. multum interest quæst. 8. C. si quis alt. vel sibi. Confir-
6 matur † conclusio principalis, quia de substantia contractus bullaris requiritur, quod sors sit mortua, & pactum de retrouendendo sit liberum ab initio contractus, nec per momentum stent in suspenso (prout hoc in casu) secundum Petrum de Greg. Aloy. de Sept. Iacob. Rube. Blasc. Lancea Franc. Prouinz. Feder. Campix. & communiter scribentes hic. ergo &c. Quam conclusionem
7 limita, vt non procedat, quando † notarius emisset nomine absentis, verbaque contractus fundarentur in personam notarij; quia valebit contractus bullaris, cum cessent rationes allegatæ,
8 & † habebit necesse notarius cedere iura absenti vt eius negotio-

Digitized by Google

rum gestor. Imol. in l. huiusmodi col. 2. vbi etiam Ang. notabiliter ff. de leg. 1.

ANNOTATIONES.

a *Contrarium, quòd valeat contractus venditionis factus emptore absente, & notario pro eo stipulante, voluit idem Intrigl. hac in re, vt in alijs multis sibi contrarius singul. 62. lib. 2. & decis. 33. nu. 7, vbi refert hanc esse receptiorem sententiã, & in terminis venditionis census late Milanens. decis. 4. num. 40. & seqq. lib. 2. quem sequuntur Addent. ad Petr. de Greg. de censib. quæst. 5. num. 273.*

b *Vide Milanens. d. decis. 4. num. 97.*

Marcell. Conuersanus. I.C.

QVÆSTIO LXXXVII.

Quot sollemnitates requirantur in transumptione instrumenti bullaris, vel alterius.

SVMMARIVM.

1 *Sollemnitates quæ requirantur in transumptatione instrumenti bullaris, vel alterius.*

2 *Iudicis præsentia requiritur in exemplatione instrumenti, vt inspiciat, si omni vitio careat.*

3 *Notarius publicus debet exemplare, seu transumptare instrumentum.*

4 *Exemplatio, seu transumptatio instrumẽti debet peti ob iustam causam, aliàs iustè denegabitur.*

5 *Causæ iustæ quæ sint, quibus petitur exemplatio instrumentorum.*

6 *Citatio requiritur in exemplatione instrumentorum de iure, secus de consuetudine in foro Catinensi. & nu. 7.*

8 *Exemplum antiquissimum, id est spatio centum annorum præsumitur exemplatum omnibus necessarijs sollemnitatibus.*

Exem-

Digitized by Google

9 *Exemplum debitis sollemnitatibus transumptatum probat, sicut originale.*
10 *Exempla regulariter non probant.*

1 Vot sollemnitates † requirantur in transumptatione, seu exemplatione instrumenti Bullaris, vel alterius
2 concludimus, quod de iure quatuor sollemnitates
2 requiruntur. Primo enim requiritur † authoritas, seu præsentia iudicis in exemplatione, ad effectum, vt videat, si instrumentum presentatum omni vitio, & suspitione careat de quo cautus notarius faciet mentionem. Abb. in cap. fi. nu. 2. per illum text. ibi *coram ordinario* extra de fide inst. Ang. Instit. de legit. pare. tutel. nu. 5. in fine gl. 1. in fine auth. siquis in aliquo C. de eden. §. illud, vbi gl. 1. & gl. in verbo monumenta Aut. vt fratr. filij &c. gloss. magna in princ. vbi Bar. sub nu. 1. l. chirographis ff. de adm. tut. glo. fin. in princ. c. 1. extrà de fide instrum. glo. in princip. l. 2. C. de testam. Soc. reg. 136. fallen. 1. Abb. in cap. Albericus sub nu.
3 5. extra de testib. Secundo requiritur quod † ille cui fit commissio transumptandi, & exemplandi instrumentum publicum, sit publicus notarius est tex. in cap. fin. ibi *per publicam personam* extrà de fid. instrumen. Abb. in cap. cum P. sub nu. 1. vers. Tertio requiritur per illum tex. iuncta superscriptione eiusdem, extrà de fide instrum. Alex. cons. 112. col. 2. vers. item non probat. volu. 4. Ter-
4 tio, quod † petatur exemplatio, seu transumptatio ob iustam causam, alias iustè denegabitur, vt est text. in cap. fin. in princip. ibi *propter vetustatem, vel propter aliam iustam causam* vbi Abb. in 2. no. in fine & Doct. communiter extrà de fide instrum. Alex. cons.
5 112. col. 2. vers. alia ratione volum. 4. † iustæ autem erunt, vtputa propter vetustatem papiri, vel quia litera incipit deleri ex vitio cartæ, vel enchausti, quamuis instrumentum fuerit de nouo confectum, vel quia est transferendum originale ad locum remotum propter pericula viarum, vel aliæ similes, quæ de facto possent
6 contingere. Quarto, & vltimo requiritur † citatio specialis, si est certa pars, cuius interest, vel generalis, per proclamata vel per edicta, si esset incerta. Cagnol. in auth si quis in aliquo num. 32. & 33. vbi Bart. nu. 4. Dec. nu. 9. & 10. & magis communiter scrib. C. de eden. Abb. in capit. fina. num. 2. in fine vbi omnes Canonistæ extra de fide instrumen. idem Abb. in cap. Albericus sub num. 5.

extra

Digitized by Google

extra de testib. Card. Zabar. consil. 72 colum. 3. vers. ad tertium quo quæritur, Bartol. in l. chirographis sub nu. 1. ff. de admin. tuto. Abb. post Host. in cap. Abbate sub num. 5. vers si vero extrà de verb. & rer. sign. Alexand. cons. 112. col. 2. vers. primo quia fuit sumptum volu. 4. & cons. 106. nu. 11. vers. nec obstat, & num. 12. vbi allegat communem opinionem volu. 5. Rota decis. 10. Alex. consil. 150. num. 4. lib. 6. & consil. 101. nu. 7. lib. 7. Angel. Instit. de legit. par. tut. num. 5. Bart. & Doct. communiter in l. publicati C.
7 de testam. Dec. cons. 36. num. 1. vol. 1. † Quod vltimum requisitum
b hac in ciuitate vsus forensis non approbat. *b* Verumtamen si tran-
8 sumptum, † seu exemplum esset antiquissimum præsumuntur omnia sollennia, & requisita necessaria interuenisse in exemplatio-
c ne *c* & antiquissimum hoc in casu intelligas centum annorum secundum communem opinionem doctorum, quam refert, & sequitur Cag. in d. auth. si quis in aliquo sub nu. 34. & in l. velle non creditur in fine ff. de re. iur. Alex. cons. 101. n. 8. vbi dicit hanc esse communem lib. 7. Hostien. Ioan. And. Bal. Anton. de Butr. Ioan de Imol. in capit. Albericus extrà de testi. Crauett. de antiq. temp. in prin. nu 4. & 5. vbi dicit esse communem opinionem, Hyeron. de Mon. in tractat. de finib. regun cap. 70. num. 3. & 4. fol. 73. vbi
9 etiam dicit communem opinionem. Exemplum † itaque præfatis sollemnitatibus transumptatum probat, sicut originale,
10 quamuis † regulariter exempla non probent, est text. apertus in cap. fin. in fine ibi *eandem auctoritatem per hoc cum originalibus habitura*, vbi communiter Canon. extrà de fide instrument. glossa, & cōmuniter Ciuilistæ in auth. si quis in aliquo C. de edend. cap. 1. extrà de fide instrumen. l. 2. ff. eo vbi glo. not. §. & hoc insuper in Auth. vt spons. largit. l. procurator, vbi glo. in verbo eorum, & Docto. C. de eden. l. 3. C. de diuers. rescr. l. Pomponius in prin. & l. si quæ ff. famil. hercisc. l. Chirographis ff. administ. tut. l. publicati, vbi Doct. C. de testament.

ANNOTATIONES.

a *Vide Couarr. pract. qq. cap. 21. num. 4.*

b *Adde, hanc consuetudinem generalem esse in hoc regno, vt citatio partis non requiratur in transumptatione instrumenti. Et quòd, stan* te bu-

Digitized by Google

te huiusmodi consuetudine, valeat transumptatio facta parte incitata, post Bald. & Curt. voluit Mascard. concl. 711. nu. 21. vbi late examinat an, & quando hac in re sit necessaria citatio.

c *Adde late Couarr. d. c. 21. nu. 4. Gabr. comm. concl. lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 1. nu. 32. Mascar. d. concl. 711. nu. 82. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 48. num. 26. & lib. 2. præsumpt. 80. qui alios adducunt.*

Marcell. Conuersanus I.C.

Vtrum tenor instrumenti Bullaris deperditi possit probari per testes.

QVAESTIO LXXXVIII.

1 *Tenor instrumenti Bullaris deperditi potest probari per testes. & num. 10.*
2 *Tenor instrumenti quibus sollemnitatibus probetur.*
3 *Contractus Bullaris necessariò requirit scripturam.*
4 *Contractus necessario requirens scripturam non potest probari per testes, nisi prius probetur eius amissio.*
5 *Amissio instrumenti debet probari, antequàm probetur eius tenor, ne fraudulenter allegetur, vt forsan non deprehendatur falsitas.*
6 *Amissio instrumenti probatur probatur per iuramentum, iunctis alijs coniecturis. & num. 7.*
8 *Instrumentum, vt dicatur perfectum, quæ requirantur.*
9 *Instrumentum dici non potest si non adsint substantialia ipsius.*
11 *Testes deponentes de tenore instrumenti debent esse valde periti, vt aduocati, vel notarij qui defectum instrumenti, & litteras notarij cognoscant.*
12 *Testes duo probant tenorem instrumenti, etiam si esset tale, quod de substantia requirebat quinque, vel septem testes.*
13 *Tenor instrumenti probatus per testes non habebit executionem paratam, stante nostro ritu.*
14 *Tenor instrumẽti deperditi probatus per testes potest redigi in scripturam in forma publica.*

Vtrum

Digitized by Google

1 VTrum † tenor instrumenti bullaris deperditi posset pro-
a bari per testes. a Et concludimus quod sic est tex. in cap. cum olim *il 1.* extrà de priuileg. Bart. in auth. siquis in aliquo num. 6. vbi Cagnol. nu. 46. C. de eden. Afflict. decis. 302. nu. 3. & decis. 274. num. 1. Bal. in l. sicut iniquum C. de fide instrum. Angel. in l. 2. §. diuus num. 1. ff. de iure fisci Abb. in cap. Albericus num. 4 extra de testibus & in cap. 2. numer. 11. vers. in illis extrà de probat. Bal. & Salic. in l. 1. C. de fide instrum. Ang. in l. testium in princ. C. de testib. Alex. consil. 196. col. 2. vers. non obstat quod nonnulli testes vol. 2. Curt. Iun. consil. 162. colum. pænult. vers. & hic aduertendum censeo Bar. in d. l. 2. §. Diuus nu. 4. ff. de iu. fisci,
2 verificatis tamen, & seruatis infrascriptis requisitis † Primo enim probabitur instrumenti bullaris amissio Afflict. decis. 274. num. 4. Abb. in cap. 2. nu. 11. vers. in illis tamen casibus extra de prob. l. testium §. fin. vero ibi *causam peremptionis probantibus* C. de test. cap. sicut extra de re iud. iuncto cap. fi. de re iud. lib. 6. Abb. in ca. cum olim *il 1.* sub num. 8. vers. tertio requiritur extra de priuil. Alex. cons. 196. col. 2. vers. non obstat, quod nonnulli testes vol. 2. Bar. in auth. siquis in aliquo nu. 6. vers. de hoc C. de edend. Mara. in spec. part. 6. nu. 28. in fine fol. 238. Bald. in l. emancipatione nu.
